

R Y S

Dziejów Ormiańskich.

626409

Napisał

Ks. Sadok Barącz S. T. D. Z. K.

Dochód z rozprzedaży tego dzieła przeznaczony na wybudowanie kościoła ormiańskiego w Czerniowcach.

Nakładem Komitetu trudniącego się powyższą budową.

TARNOPOL.

Drukiem Józefa Pawłowskiego.

1869.

Титул издания Садока Баронча 1869 года.

Латинский текст Львовского Армянского Судебника

Латинская интерпретация древнеармянского Судебника Мхитара Гоша, включающая существенные изменения и дополнения, была выполнена в 1518-1519 годах и утверждена польским королем Сигизмундом I Старым — великим князем литовским Жигимонтом на сейме в Петркове 5 марта 1519 г.

Латинский текст существует в трех рукописях

Центральний державний історичний архів України у м. Львові

Фонд 131, справа 315, аркуші 1-28: Армянский статут: Привилегия польского короля Сигизмунда армянам г. Львова от 5 марта 1519 г.

Archiwum Główne Akt Dawnych, Warszawa

Metryka Koronna, księga 31, kartki 563-615: Zbiór dokumentów pergaminowych, sygn. 5931: Армянский статут: Привилегия польского короля Сигизмунда Августа армянам г. Каменца-Подольского от 1567 г.

Biblioteka Jagiellońska w Krakowie

Rękopis 12, 30 kartek: Армянский статут: Привилегия польского короля Сигизмунда Августа армянам г. Каменца-Подольского от 1619 г.

Biblioteka Branickich w Suchej

Rękopis 22, 43 kartek: Армянский статут: Привилегия польского короля Яна III армянам г. Замостья от 1694 г.

Biblioteka Potockich w Raiu

Rękopis 15 (16), 86 stron: Армянский статут, копия 1830 г.

Утраченные рукописи

Biblioteka Uniwersytetu Lwowskiego, rękopis 130, 42 kartki (1601 г.)

Biblioteka Krasieńskich w Warszawie, rękopisy 343 i 682, kartki 8-43v

Привилегии для армян г. Каменца-Подольского

Публикации латинского текста

Ferdinand Bischoff. Das alte Recht der Armenier in Lemberg
Wien, 1862. — S. 6-50

Corpus Iuris Polonici annos 1506-1522 continens

Typis mandavit adnotationibus Oswald Balzer

Cracovie, 1906. — Vol. 3. Pars. 1. — S. 427-462

Привілеї національних громад міста Львова (XIV-XVIII ст.)

Видав Мирон Капраль. — Львів, 2000. — С. 189-219

Памятник подготовил к печати по рукописи 1519 года и перевел
Мирон Капраль

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum iura et constitutiones principum, uti et relique res mortalium, nunquam adeo consulte et subducta ratione condi promulgari et teneri solent, ut non postea cum tempus tum usus moneant et doceant, semper aliquid sit, quod vel mutare et corrigere vel etiam abrogare interdum oporteat, nihilque ab initio adeo elaboratum et perfectum videri potest, quod experiendo aliqua in parte emendari non sit necesse. Proinde nos Sigismundus Dei gratia rex Polonie, magnus dux Lituanie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Cuiavie, Lancitie, Russie, Prussieque ac Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque, etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium, universis presentibus et futuris, harum notitiam habituris. Quia licet hactenus Armenos Leopolienses subditos nostros, sub hiis privilegiis et iuribus ipsorum Armenicis, que predecessores nostri illis confirmaverunt et susceperunt, tenuimus et conservavimus, quia tamen non pridem orta differentia inter illos et proconsulem, consules et communitatem civitatis nostre Leopoliensis de ipsis eorum iuribus, visum est necessarium, ut, cum ea scripta essent lingua Armena atque ita solis ipsis cognita, iudicari vero per advocatum civilem Leopoliensem cum sex viris senioribus ritus sui iuxta illa deberent, exceptis quatuor articulis in aliis literis nostris descriptis, in quibus iure Theutonico Magdeburgense sunt iudicandi, essent et ipsi advocato civili et ceteris hominibus, qui cum illis actionem haberent, cognita et manifesta, ne locus ambiguitatibus et cavillationibus relinquatur, mandaveramus ipsis Armenis eadem iura sua in Latinum sermonem traduci et converti facere, et nobis tradere, que mature cum consiliariis nostris discussa, et in aliquibus articulis parum mutata et correcta, presentibus literis nostris inserenda et denuo confirmanda duximus, quorum tenor sequitur, et est talis.

Iohannes Dei gratia rex Armenie tempore felicitis imperii sui constituit, quod dies dominicus est dies Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, et ideo mandato suo regio precepit, ut nullus eius officialis seu vices gerens ipsius, die dominico aliquas exactiones regias tolleret, et etiam statuit, quod nullus iudicium die festi dominico aliquas causas iudicarias cognosceret et neque difiniret. Insuper statuit, quod die dominico nullus debeat pro quacunque causa captivari et detineri, et quod nullus audere debeat creditor in debitore debita et credita extorquere, ut omnes Christiani die celebri dominico essent liberi et securi congregare se et accedere ad ecclesiam, non implicando se negotiis aliis, cum lacrimisque Deum omnipotentem deprecari, ut nullus Cristianorum die dominico alter alteri se oponeret, aut etiam vindictam sumeret, ut quilibet secure persisteret in orationibus Deo omnipotenti quilibet gratias acturus, ut die dominico precipue sancte et individue Trinitati laudes depromerent.

◊ Quod hic dicitur, quod nullus die dominico debeat iudicari captivari etc. intelligitur exceptis causis regiis, patracione recentis criminis et debitore in possessionato.

Item Theoti regis Armenie memoria digna et laudabilis et aliorum regum et principum Catholicorum Armenie.

Instigante eos ad id iusticia Dei iura et institutiones attribuendo unicuique quod suum est populo suo ex prophetis et sanctorum Apostolorum dictis ac aliorum doctorum ecclesie sancte instituit populo sibi subiecto scilicet civitatibus, oppidis, villis et aliis locis suo regimini subiectis seu subiu-

В ім'я Господа амінь. Для вічної пам'яті справи. Оскільки права і конституції володарів, як й інші речі, є підвладні смерті, (тому) звичайно ніколи зважено та обдумане так не приймаються, оголошуються та дотримуються, коли на майбутнє при (їх) застосуванні не застерігатимуть і не вчитимуть, (що) завжди буде щось таке, що часом потрібно або змінити і виправити, або також відмінити; та нічого від початку так виробленого та досконалого не можна зустріти, що після застосування у якійсь частині не потребуватиме виправлення. Тому ми, Сигізмунд, Божою ласкою король Польщі, великий князь литовський, а також краківської, сандомирської, кувявської, ленчицької, руської, пруської земель, Кульму, Ельблонгу, Померанії і т. д. пан і господар. Повідомляємо змістом даної (грамоти) всім, сучасникам і прийдешнім, хто це читатиме, що до того часу ми тримали і зберігали львівських вірмен, наших підданих, при тих їхніх вірменських правах і привілеях, які наші попередники їм підтвердили та прийняли, однак недавно розпочалася суперечка між ними та бурмістром, райцями та громадою нашого міста Львова про ті їхні права; видалося нам необхідним, оскільки їхні (права) є написані вірменською мовою і тому тільки самим вірменам зрозумілі, а (вірмени) мають судитися львівським війтом з 6 старшими свого обряду, за винятком 4 статей, описаних в інших наших грамотах, за якими мають судитися за німецьким магдебурзьким правом, щоб (права) міського війтові та іншим людям, які з ним мали би справу, були відомі та оголошені, і не залишалось місця для двозначностей та викрутаків, наказали тим вірменам свої права на латинську мову перекласти і нам подати, який (переклад) з нашими радниками досконало обговоривши і в деяких статтях трохи змінивши та виправивши, вважали до даної нашої грамоти записати і знову підтвердити. Зміст якої (грамоти) наводиться і є таким.

Йоаннес[Смбат (1020-1040)], Божою ласкою цар Вірменії, у час свого щасливого панування встановив, що день Господній є днем Воскресіння нашого Господа Ісуса Христа і таким чином своїм царським мандатом наказав, що жоден його урядник або його заступник у Господній день ніяких царських податків не стягував, і також встановив, що жоден суддя у святий Господній день ніяких судових справ не вивчав і не вирішував. До того ж встановив, що в Господній день жоден не повинен у будь-якій справі бути спійманим та затриманим, і щоб жоден кредитор не наважувався домагатися у боржника борги та кредити, щоб всі християни у святий Господній день були вільні і безпечні, щоб збиратися і сходитися до церкви, не вдаючись до якихось інших справ, і зі слезами просити Бога Вседержителя, щоб жоден з християн у Господній день не противився один одному або також бажав помсти, щоб кожен безпечно молився, робив милість Богу Вседержителю, щоб особливо у Господній день хвалу віддавав святій і неподільній Трійці.

◊ Що тут говорилося, що жоден у Господній день не повинен бути засудженим, спійманим і т. п., має розумітися, окрім королівських справ про вчинення свіжих злочинів і (піймання) немаєго боржника.

Також Теота, царя Вірменії, гідна та хвалебна пам'ятка та інших християнських царів та володарів Вірменії.

Божа справедливість спонукала царів до того, щоб надавати права та настанови кожному, хто є своїм, встановлюючи (їх) своєму народу з пророків та святих апостолів та інших отців святої церкви, підданому собі народу, а саме містам, містечкам, селам та іншим місцям свого панування,

gatis, generaliter et specialiter omnibus et singulis precipiendo, ut huiusmodi instituta firmiter et illese conservarent.

Reges Armenie iuris formam iudicibus decerunt talem.

Item omnibus iudicibus et administratoribus iusticie communis precipimus ut faciant iusticiam iudiciumque iustum unicuique, diviti et pauperi, viduis et orphanis, civi et hospiti, seu advene, munera et coruptiones nullas accipiant et iudices id etiam attendere debent et custodire, ne iniustum hominem iudicio iustificarent et econverso. Si vero aliquis iudex iniuste iudicaverit et in tali facto comprobatus fuerit infamis pronunctietur.

◇ Infamiam iudicis tollit appellatio que per iudicem admitti debet, et ideo iudex male pronunctians seu iudicans, infamis non est, quoniam Iudex appellacionis eius sententiam si iniustam esse cognoverit, corrigere potest.

Item iudicum interest, partes litigantes ad concordiam inducere si possunt, et iuramenta partibus non faciliter decernere, si vero iudex non poterit partes litigantes componere, tunc decernat iudex id, quod iuris est.

Item duobus venientibus ad iudicium inculpantibus se pro debito vel pro quacunque alia causa vel re controversiali, si ex utraque parte testimonia legitima et iure admissibilia non habuerint, tunc in tali casu reo neganti non actori decernatur probatio, sed reus per iuramentum corporale evasionem contra actorem obtinebit secundum iuris formam.

Item ad advocatum duobus venientibus Armenicum in quibuscunque causis et emergentiis cum testimonio tunc quicumque ex eis habuerit testimonium iustum scilicet duorum aut trium virorum proborum et dignorum testimonio talis causam obtinebit et iudex in eius partem decernere tenebitur. Si vero pars adversa evadere volens contra testimonium licitum et sufficiens redarguere voluerit testimonia huiusmodi, ut pars succumberet in causa, tunc in tali casu standum est probationibus testimonialibus sufficientibus non obstante contradictione partis impugnantis testimonium.

De iure testamentorum Armenicorum.

Aliquo Armeno oppresso infirmitate, debet accersire spirituales nec non duos aut tres viros non redargutos in sua conditione ex officio senioratus propter testimonium, ac alios propinquos successores suos, imprimis debet legare aliquid ecclesie sue, episcopo et presbiteris, sepulcrum etiam suum debet nominare, postea residuancia bona, propinquis et amicis iuxta suam voluntatem assignabit, et premissa debent esse ultima voluntas decedentis, et testes huiusmodi debent admonere et avisare propinguos illius testatoris, ut eo vivente impugnant testamentum, alias eo decedente testamentum huiusmodi sub quacunque forma conditum, effectum suum sortiri debet, non obstante aliqua contradictione propinquorum et successorum eo quod tempestive obstare neglexerunt voluntati testatoris. Si vero ille testamentum faciens morietur, tunc tale testamentum debet obtinere robur firmitatis, iuxta dictum sancti Pauli Apostoli dicentis, quod testamenta morte confirmata debent obtinere robur firmitatis. Si vero ille testator supervixerit, tunc tale testamentum dependebit in arbitrio limitatione et discussione testatoris ad limitandum vel mutandum prout sibi placuerit.

De iure Matrimonali.

Amicorum invitacio circa desponsationem taliter procedere debet, quod sponsus imprimis debet facere contractum cum patre sponse, ut scilicet ei iam assignaretur certa quantitas et qualitas dotis, quam postea erit accepturus, et dos eidem dari et assignari debet, quoniam dotes feminarum sunt et habentur pro sorte earum paterna et materna de bonis. Si vero pater devenerit ad infirmitatem et voluerit filie sue legare testamentaliter id quod sibi placitum fuerit, tunc potest facere talia pro arbitrio sue voluntatis, contradictione filiorum et successorum quorumlibet non obstante, si vero aliqua filia virgo cum fratribus post mortem patris superstes fuerit, tunc fratres eam exdotabunt, et perinde in bonis post patrem relictis hereditabunt, deficientibus vero fratribus, filie hereditabunt.

наказуючи підданим чи підкореним, загалом і зокрема, всім і кожному, щоб такі настанови міцно і непорушно зберігали.

Царі Вірменії таку форму права вибирають суддям. Також всім суддям та виконавцям загальної справедливості наказуємо, щоб чинили кожному справедливість та справедливий суд, багатому і бідному, вдовам і сиротам, міщанину та гостеві чи прибульцю, щоб жодних дарунків і хабарів не брали; також судді повинні слідкувати і стеретися, щоб людину несправедливо не виправдали у суді та навпаки. А якщо б суддя несправедливо судив, і такий факт був би ганебно підтвердженим, хай буде він покараним.

◇ Ганьбу судді знімає апеляція, яку мають судді допустити, і тому суддя, неправильно покараний чи засуджений, не ганьбиться, оскільки, якщо апеляційний суддя визнає його вирок несправедливим, може виправити (ганьбу).

Також суду належить приводити до згоди судові сторони, якщо можна, і важкі присяги сторонам встановлювати, а якщо суддя не може погодити судові сторони, тоді нехай суддя вирішує так, як має бути за правом.

Також, коли два приходять до суду, сперечаючись між собою про борг або у будь-якій іншій справі чи суперечливій речі, якщо з обох сторін не було б законних і дозволених правом свідчень, тоді у такому випадку звинуваченому, який ухиляється (від суду), а не позивачу має віддаватися перевага, але звинувачений через тілесну присягу відповідно до форми права хай отримає звільнення проти позову.

Також, коли два приходять до вірменського в'їта у будь-яких справах і випадках зі свідченням, тоді той, хто матиме справедливе свідчення, а саме свідчення двох або трьох мужів, надійних та гідних, він справу виграє, і суддя повинен вирішити на його користь. Якщо ж супротивна сторона, бажаючи уникнути дозволеного та належного свідчення, хотіла би такі свідчення спростувати, щоб (інша) сторона прогнала у справі, тоді у такому випадку (суд) має стати при достатніх доказах свідчень, незважаючи на заперечення сторони, що бореться зі свідченням.

Про право вірменських заповітів. Будь-який вірменин, пригнічений слабкістю, повинен прикликати для свідчень духовних, а також двох або трьох мужів, не останніх за своїм походженням, з уряду старших, та інших своїх близьких спадкоємців. Найперше має заповісти щось на свою церкву, єпископу і священникам, також на свою могилу повинен призначити (суму), потім, що залишилося з майна, хай виділить рідним і друзям відповідно за своєю волею, і згадане повинно бути останньою волею вмираючого, а ті свідки повинні застерегти і повідомити близьких того заповідаючого, що за його життя заперечували би заповіт, що інакше, коли він помре, такий заповіт, складений у будь-якій формі, досягне своєї реалізації, незважаючи на будь-який спротив його близьких і спадкоємців, які вчасно відмовилися протистояти волі заповідаючого. Якщо ж той, хто вчинив заповіт, помре, тоді такий заповіт має отримати силу міцності за наукою святого апостола Павла, який говорив, що заповіти, підтвержені смертю, повинні отримати силу міцності. Якщо ж заповідаючий залишиться живим, тоді такий заповіт залежатиме від рішення, відтермінування і думки заповідаючого, (чи) захоче він відтермінувати або змінити (заповіт).

Про шлюбне право. При запрошених друзях заручини так повинні відбуватися, що заручений найперше має вчинити угоду з батьком зарученої, щоб йому визначалася певна кількість та якість посагу, що потім мав би взяти, і цей посаг має бути йому визначеним та наданим, оскільки посаги жінок є і надаються з майна за їхню батьківську та материнську частки. Якщо ж батько отримав би хворобу і схотів би заповісти своїй дочці у заповіті, що йому би сподобалося, тоді може вчинити так за своєю волею без огляду на спротив синів та будь-яких спадкоємців. Якщо ж якась дочка залишалася з братами після смерті батька, тоді брати їй хай дадуть посаг, і потім будуть спадкоємцями в маєтках, що залишилися після смерті батька. А коли б братів не було, тоді дочки успадковуватимуть (маєтки).

Item bona cuiuslibet mortui habentis prolem devolvuntur ad uxorem, filios et filias.

Carentis vero legitima prole, bona in propinquos devolvuntur uxorem tamen defuncti non debent privare successores illo quod importavit ad maritum suum, sed ante omnia importate debent ei tradi et dari, et quidcunque ei melioravit maritus ipsius super auro, argento et aliis, circa istud plenarie debet conservari, et successores defuncti tenebuntur et debent esse astricti succedere in tres partes bonorum defuncti, sorte quarta vidue seu uxori illius mortui assignata et exdivisa, de omnibus bonis mobilibus et immobilibus. Si vero aliquis, tam ex patre, quam ex matre in quarto gradu successionis successores non habuerit, tunc talia bona devolvuntur et spectant ad fiscum regie maiestatis, tamen regia maiestas pro anima illius mortui aliquid propter Deum tribuere debet.

◇ Maiestas regia de bonis ad se et fiscum suum devolutis, dare aliquid propter deum non tenetur, quoniam hiis legibus Armenicis ligata non est, disponet itaque maiestas sua de hiis ipsis bonis ad se devolutis, pro arbitrio suo, que Armeni ipsi celare nullo modo audeant sub gravissima pena.

Item cum filia quelibet maritatur cum sorte sua paterna et materna, et maritus prolem non habuerit cum ea, tunc poterit constituere tutores in casu sterilitatis scilicet non alios nisi fratres ac propinquos, et quecunque bona uxor importavit, debent eedem uxori tradi, et cum melioratione seu dotalicio ipsius. Si vero ille moriens voluerit uxorem simul cum fratribus tutricem facere, hoc sibi de iure permissibile est, ut in simul salutem eius anime non obliviscerentur, et talis sententia debet observari, si uxor premortua fuerit quam maritus ipsius.

Capitulum primum. Si quis iuris regii aut domini fuerit excessivus, contra regiam maiestatem aut dominum suum, demerebitur talis collum, filii vero eius et fratres locum paternum non obtinebunt propter excessum criminis patris eorum, pueri vero bona paterna non perdunt, si cum patre in tali consilio criminoso non fuerint, et similiter fratres predicti excessoris, si vero fuerint in consilio prefato, tunc quilibet eorum iuxta factum pati debet.

◇ Filii illorum, qui excedunt contra regiam maiestatem et rempublicam, etiam bona paterna perdunt, quoniam in tali casu omnia confiscantur.

Capitulum secundum. Humanum genus Deus liberum creavit et fecit, verum quia necessarii sunt dominis suis servi ad serviendum propter terram et aquam, simile hoc ius est quando aliquis colonus seu kmetho domino suo nichil movendo a domino suo ubi vult transire potest, si vero aliquis dominorum istud tollerare nollet, scilicet libere emittere eundem subditum suum, volens eundem retinere in sua iurisdictione tunc pueri post mortem patris, si tales pueri in dominio huiusmodi domini non fuerint procreati, habent libertatem eundi et se transferendi sub alios dominos, ubi voluerint.

◇ Hec constitutio intelligenda est de colonis genere Armenis, non de aliis, ville vero et possessiones Armenorum subiacent iuri communi regni.

Capitulum tertium. Si pueri inter se contencionem fecerint et unus puerorum alterum occiderit si puer occisus ultra duodecim annos habuerit, tunc caput debet soluere, sicut pro virilis et integri hominis capite. Si vero ille occisus puer habuerit minus quam duodecim annos, hoc est decem vel undecim, tunc pro capite eius medietas capitis solui, debet, si vero puer occisus habuerit minus quam decem annos, tunc tertia pars capitis solui debet. Si vero puer habens quindecim annos fuerit homicida et excesserit contra statutum istud, tunc pro capite integro solutionem faciet amicis illius occisi, sicut superius scriptum est.

◇ Intelligenda est hec constitutio seu lex, de pueris Armenis, sed si puer Armenus occidat puerum Catholicum, luet penam iuxta conditionem pueri occisi, et secundum ius in quo residet persona occisa.

Також маєтки будь-якого померлого, що має нащадків, хай припадуть дружині, синам і дочкам. А коли немає законних нащадків, хай маєтки припадуть близьким, однак дружину померлого спадкоємці не повинні віддавати від того, що вона внесла до (дому) свого чоловіка, але перед всіма повинні їй дати і передати внесені (речі) та будь-що, що їй чоловік подарував щодо золота, срібла та інших (речей), які повинні їй залишити; і спадкоємці померлого повинні успадковувати у трьох частинах померлого, а четверта частина визначається та виділяється вдові або дружині того померлого зі всього рухомого та нерухомого майна. Якщо ж хтось, як по батьку, так і по мамі, не мав би спадкоємців у четвертому коліні успадкування, тоді такі маєтки припадають і належать до скарбниці королівського маєстату, однак королівський маєстат повинен виділити задля Бога за душу того померлого.

◇ Королівський маєстат з маєтків, що йому та його скарбниці припадають, не повинен нічого дати задля Бога, оскільки до тих вірменських законів не є прив'язаний, таким чином маєстат розпоряджається тими маєтками, що йому припали, на свій розсуд, чого ті вірмени хай не наважуються приховувати жодним чином під найтяжчими карами.

Також, коли будь-яка дочка виходить заміж з її батьківською та материнською частинами, а чоловік не мав би з нею нащадків, тоді (вона) може встановити опікунів у цьому випадку бездітності, а саме братів та близьких, і будь-які маєтки, що дружина внесла (до чоловіка), повинні тій дружині віддати і з тим подарованим (майном) чи її посагом. Якщо ж би він, помираючий, хотів би зробити своїм опікуном (майна) дружину разом з братами, це має бути дозволено за правом, щоб у той же час не забували про спасіння його душі і таке рішення повинно залишатися, коли дружина помре швидше, ніж її чоловік.

Стаття перша. Якщо хтось би вчинив злочин щодо права короля або пана, проти права маєстату або свого пана, такий заслуговує на смерть, а його сини і брати батьківського місця не отримують через злочинний виступ їх батька, але діти батьківських маєтків не втрачають, якщо не були з батьком у такій злочинній змові і, подібно, брати згаданого злочинця. Якщо ж були в вищезгаданій змові, тоді кожен з них відповідно до вчиненого має терпіти.

◇ Сини тих, хто виступають проти королівського маєстату і держави, також батьківські маєтки втрачають, бо у такому випадку все конфісковується.

Стаття друга. Людський рід Бог створив і вчинив вільним, але тому що потрібні панам слуги для служби на землі і на воді, подібно таке є право, коли який селянин чи кметь, нічого у свого пана не взявши, від свого пана може відійти, як схоче. Якщо ж якийсь з панів не хоче того терпіти, а саме вільно відпустити того свого підданого, бажаючи його затримати у своїй юрисдикції, тоді діти після смерті батька, якщо ті діти у володінні того пана не були народжені, матимуть свободу йти і переходити під інших панів, де захочуть.

◇ Цю постанову слід розуміти щодо селян вірменського походження, а не інших, а села і володіння вірмен підлягають загальному праву королівства.

Стаття третя. Якщо діти між собою вчинили би боротьбу і одне з дітей вбило би іншого, то якщо би вбита дитина мала понад 12 років, тоді слід заплатити (за) голову як за голову чоловіка та дорослої людини. Якщо ж та вбита дитина мала би менше 12 років, тобто 10 або 11, тоді за її голову половина голови має бути сплачена. Якщо ж дитина, яка має 15 років, була би вбивцею і виступала би проти такого положення, тоді хай заплатити за повну голову тим приятелям вбитого, як нижче є записано.

◇ Цю постанову слід розуміти, як закон про вірменських дітей, але якщо б вірменська дитина вбила би католицьку дитину, то зазнає кари відповідно до походження вбитої дитини і відповідно до права, в якому перебувала вбита особа.

Capitulum quartum de pueris uno alterum ledente.

Si pueri unus alterum in ludo leseret nolenter sive ex ira, huiusmodi res bene et diligenter debet inquiri, tali modo sicut inquiri consuetudo est de occiso, tunc illius lesi anni debent computari, et in quod membrum eum lesit, an in oculum, an in manum, aut in pedem, ut secundum talem lesionem et qualitatem membri leso solutio impendatur, cum reformatione et contentatione pro medicinis et impensis per ledentem facienda, quod ius puerorum in factis, iustum invenimus.

◊ De pueris genere Armenis hec etiam constitutio et quatuor immediate sequentes intelligende.

Capitulum quintum de pueris unum alterum in aqua submergentis.

Pueri natantes in aquis unus alterum submerserit, ex tunc iudices debent talem casum submersionis bene et perfecte rescire, si submersio talis facta est ex loco, aut ira, aut ex male corde, studiose intentionis, aut si ille submersus se ipsum ex casu submerserit in profundo aque, et illi connatantes ipsi submerso auxiliari non poterant, tunc iudices rescitis ad planum predictis casibus, si ille se solum ex casu submersit et eius connatantes illi subsidiari non poterant, tunc pro tali submerso solutio non impendatur, si vero ex alia causa predicta submersus fuerit, tunc solutio capitis impendi debet iuxta computationem annorum illius submersi, sicut pro capite occisi.

Capitulum sextum de pueris dum aliquis puerorum ex sublimi loco in vim pacti alicuius alias ozaklath salierit et ex tali saltu lesionem incurrerit.

Si talis casus inter pueros accident, quod aliquis puerorum in vim pacti de sublimi loco saltum fecerit, et ex tali saltu aut se leserit, aut mortem incurrerit, extunc dans occasionem huiusmodi rei, medium capitis soluet, si ille qui saltum fecit aut ad lesionem aut ad mortem, tunc computatis annis illius lesi aut ex saltu mortui, ita decernant sicut prius scriptum est de eventibus inter pueros.

Capitulum septimum de adolescentibus inter se pactum facientibus de aliqua re onerosa levanda.

Consueverunt adolescentes pacto inter se constitute et laudato aliquam rem gravem et onerosam sublevare, et ex tali sublevatione rei onerose, si se aliquis ex eis leserit extunc ille qui pecunias pacti huiusmodi prefati reposuit, tanquam dans occasionem lesioni, medietatem pene debet soluere, sicut pro re sanguinolenta, et cum hoc illi leso damnum et impensas medicine soluere sit strictus, et hoc ideo statutum est, quod nemo alter alterum inducat ad damna et nocumenta sanitatis.

Capitulum octavum de temulentis seu ebris.

Si in ebrietate contigerit, quod unus alterum leserit, ius prohibet, quod tale factum lesionis in ebrietate patratum non est pretermittendum et tollerandum, quando quidem ebrietas est primum initium tocius mali. Si itaque in ebrietatis conditione et eventu unus alterum leserit, de tali facto iudicium debet esse iustum, scilicet, obnoxius damnum et impensas medicine leso soluat, si vero per ebrium occisus fuerit aliquis, tunc per iudicium occasio [В оригіналі ошибочно: occisio] talis occisionis diligenter est scrutanda et rescienda scilicet si talis occisio, mala et studiosa intencione, aut ex alia causa facta fuerit, scilicet si in simul unus contra alium ad seditionem consurrexit, aut cuius initium in tali casu erat, iuxta emergentias et qualitatem causarum debet exerceri iudicium, et iuxta facti excessivi exigentiam excessor est puniendus. Coadiutores vero facti predicti ex ebrietate comissi diligenter provisi etiam castigari debent sicut iudicium decreverit.

Capitulum nonum de inventione thesauri subterranei. Si aliquis in suo fundo hereditario thesaurum invenerit sub terra scilicet aurum argentumque si de tali inventione thesauri perfecta fuerit rescientia, quod talis thesaurus fuisset priorum regum, ad fiscum regium talis thesaurus isto modo pertinere debebit, et inventori huiusmodi thesauri decima ex eodem thesauro dari debet,

Стаття четверта, про дітей, коли одне другого поранить.

Якщо дитина одна другу під час гри поранить не бажаючи або з гніву, тоді таку справу слід добре та уважно дослідити таким чином, як є звичай досліджувати про вбитого. Тоді у того пораненого повинні порахувати роки й у який орган він був поранений: в око чи в руку, або в ногу, щоб відповідно до такого поранення і стану пораненого органу накладалася сплата, що має бути зроблена нападником для відновлення та відшкодування на ліки та витрати. Те право у дитячих вчинках знаходимо справедливим.

◊ Про дітей вірменського походження цю постанову та наступні слід розуміти [Див. статті 5-8].

Стаття п'ята, про дітей, коли одне другого у воді топить.

У випадку дітей, які купаються у воді, коли одне другого втопило би, тоді судді такий випадок утоплення повинні добре та досконало розпізнати. Якщо таке утоплення сталося через випадок або з гніву, чи зі злого серця, з навмисним наміром, чи утопленник сам себе випадково втопив на глибокій воді, і вони, що купалися, йому тонучому не могли допомогти, тоді судді, цілком розпізнавши вищезгадані випадки, якщо він сам випадково втопився, і його ті купальники(друзі) не могли врятувати, тоді за того утопленника сплата не накладається. Якщо ж з якоїсь причини згаданий втопився, тоді сплата (за) голову має бути накладена відповідно до підрахунку років того утопленого, як за голову вбитого.

Стаття шоста, про дітей, коли б хто з дітей з високого місця внаслідок якогось закладу стрибнув би і через цей стрибок поранився.

Якщо б такий випадок між дітей стався, цей хтось з дітей внаслідок закладу з високого місця стрибнув би і через цей стрибок або поранився, або помер, тоді той, хто дав причину такої справи, хай сплатить половину (за) голову. Якщо ж той, хто стрибнув, поранився чи помер, тоді порахувавши роки того пораненого чи померлого, хай так вирішиться як попередньо написано про випадки між дітьми.

Стаття сьома, про підлітків, які б вчинили угоду про підняття чогось важкого. Звикли підлітки, встановлюючи та ухвалюючи угоди між собою, якусь важку і тяжку річ підносити, і через таке підняття важкої речі, якщо хтось з них поранився би, тоді той, хто гроші на таку угоду поклав, як той, що дає причину до поранення, повинен сплатити половину штрафу, як за криваву річ, і, крім того, пораненому повинен буде сплатити шкоду та витрати на ліки. І це так є встановлено, щоб ніхто іншого не приводив би до шкоди та втрати здоров'я.

Стаття восьма, про п'яних чи п'яниць. Якщо б у (стані) сп'яніння сталося, що один другого поранив, право забороняє, щоб такий факт поранення, вчиненого у (стані) сп'яніння, був пропущений та толерований, оскільки пияцтво є першим початком усього злого. Таким чином, якщо у п'яному стані і в кінці (дня) один другого поранить, про такий вчинок повинен бути справедливий суд, а саме, щоб винний сплатив пораненому шкоду та витрати на ліки. Якщо ж п'яниця вбив когось, тоді через суд у випадку такого вбивства слід уважно дослідити та розпізнати, а саме, якщо таке вбивство було вчинене зі злим та навмисним наміром чи з якоїсь іншої причини, тобто якщо одночасно один проти одного у сварці накинулися або яким був початок у цьому випадку відповідно до обставин і причин, (суд) повинен буде вивчати і відповідно до вчиненого злочинця має бути покараний. А товариші, помічені у вищезгаданому вчинку, здійсненому у (стані) сп'яніння, також мають бути покарані, як суд вирішить.

Стаття дев'ята, про знаходження підземного скарбу. Якщо хтось у своєму дідичному ґрунті знайшов би скарб під землею, а саме: золото і срібло; якщо про таке знаходження скарбу була би певна новина, що такий скарб був перших королів, (тоді) такий скарб повинен у цьому випадку належати до королівської скарбниці, та віднахіднику такого скарбу має бути

et similiter etiam illi decima de eodem thesauro dari debet, in cuius fundo hereditario repertus fuerit, si vero rescitum fuerit, quod talis thesaurus erat alicuius magnatis vel patricii viri, et huiusmodi bonorum hereditariorum in quibus thesaurus repertus fuerit, restaret heres, aut successor legitimus, ex tunc huiusmodi thesaurus cedere debet domino fundi hereditarii, in quo thesaurus repertus fuerit et de tali thesauro decima pars pertinebit ad fiscum principis.

◊ De thesauro invento inquisitio fiet et examen per commissionem regie maiestatis.

Capitulum decimum de illo qui aliquem trahit per barbam.

Si in contensione evenierit, quod unus alterum per barbam traheret et presertim iuvenis seniore iure diffinitum est, quod talis tractor barbe senioris hominis in etate, in tali culpa censendus est sicut aliquem leserit.

Capitulum undecimum de foveis subterraneis in quibus frumenta diversi generis conservantur sicut in terra Armenie fit.

Si aliquis aperuerit foveam terream, in qua frumenta sua seu aliena fuerint reposita et in eandem foveam immiserit hominem pro frumentis ibidem existentibus recipiendis, et homo in predictam foveam immisus, propter aerem strictum ibidem inclusum moreretur, debet iudicari de huiusmodi immissione [В рукопису: immisore] sic illum hominem solus interimeret, si vero ille homo ibidem immisus lesus fuerit, tunc ille qui eum immisit in huiusmodi foveam damna et impensas medicinarum soluet, ex eo quia debuit ille qui immittebat hominem huiusmodi in foveam predictam expectare et prolongare aliquantum temporis donec aer in huiusmodi foveis frumentariis strictus et inclusus, per aperturam fovee dissolutus fuisset, si vero de huiusmodi fovea frumentaria aer exiverit et homo ibidem immisus lederetur, talem casum officium tenetur providere secundum qualitatem in talibus facti et iusticie.

◊ De Armenis et eorum servis pretio conductis hec constitutio est intelligenda.

Capitulum duodecimum de iure kmethonum.

Si aliquis Armenus mandaverit colonis seu kmethonibus laborare ultra consuetudinem usitatam, utpote arare, metere, et alios quoscunque labores, et ille kmetho ex tali labore inusitato lesus fuerit aut etiam moreretur, talis dominus inusitatis laboribus subditos premens peccavit superiori domino scilicet Deo. Si vero talis kmetho inusitato labore lesus, medicinis ex lesione evaserit, tunc dominus ipsius, ei ex premissa causa existens occasio principalis lesionis, damna et sumptus medicine soluet, si vero talis lesio saluti ipsius kmethoni importaret perpetuam imbecillitatem, auctoritas officii iudicialis in tali casu id decernet, quod iusticia suadebit.

Capitulum tredecimum de inhonorante suum spiritualem.

Sanctorum apostolorum preceptum et mandat constitutio, quod nemo suum spiritualem presbiterum inhonestis verbis et turpibus dehonore audeat, quia talis homo dehonore suum spiritualem perinde tali inhonore excedit contra Deum, quoniam spirituales persone sunt deprecatores Dei et in iudicio divino sunt mediatores et responsales pro homine, testatur ad id scriptura divina, quod nemo suum spiritualem debet obloqui. Apostolorum enim institutiones hunc incurrere magnam penam diffiniverunt, qui spirituali maledixerit, que maledictio perinde habetur, ac si maledixerit Deo, sanctum enim Evangelium dicit, qui vobis maledixerit michi maledixit.

Capitulum quatuordecimum de maledicente intergum regie maiestati aut alicui ex consiliariis ordinis senatorii.

Si aliquis petulanti lingua ausus fuerit intergum maledicta aliqua obicere maiestati regie aut patriciis senatoribus regni, et resciretur, talis faciens huiusmodi maledicta, si talis maledictor fuerit persona spiritualis, debet degradari, si vero fuerit secularis, tunc debet pro tali maledicto facinore excommunicari, et tale iudicium debet pertinere ad episcopum, aut ad magnos prelates et doctores. Quoniam regia maiestas pro suo sacro regali statu, representat etiam vicem

видана десята частина з того скарбу, і подібно також десятина має бути видана тому, на чиему дідичному ґрунті було знайдено (скарб). Якщо ж буде розпізнано, що такий скарб був якогось магната чи родовитого мужа й у тих дідичних маєтках, у яких скарб був знайдений, залишився дідич або законний спадкоємець, тоді такий скарб повинен відійти пану дідичного ґрунту, у якому скарб був знайдений, і з такого скарбу десята частина належатиме до скарбу володаря.

◊ Про знайдений скарб має бути розслідування та дослідження комісії королівського маєстату.

Стаття десята, про того, хто другого тягає за бороду. Якщо у суперечці сталося би, що один другого за бороду потягнув би, і особливо, молодик старшого, тоді право визначає, що того, хто тягає за бороду старших за віком людей, слід вважати (винним) у такому вчинку, якби когось (він) поранив.

Стаття одинадцята, про підземні ями, у яких зберігається різноманітне збіжжя, як прийнято у вірменській землі. Якщо б хтось відкрив земельну яму, у якій було би заховане своє чи чуже збіжжя, та до тієї ями був би впушений чоловік для вибирання там збіжжя, і чоловік, впушений до згаданої ями, через сперте, закрите повітря помер би, має бути суджений через таке впушення той чоловік, (що впустив), як би сам вбив би. Якщо б той чоловік, впушений там, був поранений, той, хто його впустив у таку яму, має сплатити за шкоду та витрати на ліки. Тому що той, хто впускав би людину у згадану яму, повинен зачекати і протягнути трохи час, поки сперте і закрите повітря у тих збіжжєвих ямах вивітрилося би після відкриття ями. Якщо ж із такої збіжжєвої ями повітря вийшло би і чоловік, впушений туди, поранився, у такому випадку уряд повинен розпізнати причини такого вчинку і (вчинити) справедливість.

◊ Цю постанову слід розуміти про вірмен та їхніх слуг, найнятих за ціну.

Стаття дванадцята, про право кметів. Якщо якийсь вірменин наказав би селянам чи кметям працювати понад прийнятий звичай, як-от: орати, сіяти та (виконувати) будь-які інші роботи, і той кметь через таку незвичну роботу був би поранений або навіть вмер, той пан, що обтяжував незвичними роботами підданих, є грішний щодо найвищого пана, тобто Бога. Якщо ж такий кметь, поранений через незвичну роботу, з поранення став би здоровим через ліки, тоді той пан зі згаданої причини у випадку важкого поранення має сплатити за шкоди та витрати на ліки. Якщо ж те враження здоров'я того кметя призвело до постійної хвороби, тоді влада суддівського уряду хай так вирішить, як видаватиметься справедливо.

Стаття тринадцята, про того, хто безчестить свого духовного. Є наказ та постановою святих апостолів, щоб ніхто не наважувався неповажними та непристойними словами свого духовного священика безчестити, тому що такий чоловік, який безчестить свого духовного, рівно ж таке безчестя вчиняє проти Бога, оскільки духовні особи є благальниками у Бога й у Божому суді є посередниками та відповідальними за людину. Про це свідчить святе Письмо, що ніхто не повинен обмовляти свого духовного, адже апостольські настанови визначають накладати таку велику кару – хто духовному злословив, рівно ж це злослів'я слід вважати, як би злословив Богу. Бо святе євангеліє мовить, хто вам би злословив, мені злословив.

Стаття чотирнадцята, про того, хто злословить у спину королівському маєстату або комусь з радників сенатського стану. Якщо хтось задиркуватою мовою наважився би висловити якесь злослів'я в спину королівському маєстату або родовитим сенаторам королівства, і після розслідування такий злосливець, якщо б був духовною особою має бути знятий (зі сану), якщо ж був би світською (особою), тоді за таке ганебне злослів'я має бути виклятим, і такий суд повинен належати до єпископа або до великих прелатів та докторів. Оскільки королівський маєстат відпо-

divine auctoritatis, et ideo ius decrevit ut quilibet se et insolentiam suam comperceret, et in respectu haberet regalis dignitatis sublimitatem.

Capitulum quindecimum de mancipio seu servo literato absque consensu sui domini in presbiterum non ordinando.

Si apud aliquem fuerit servus aut iure mancipii aut iure emptionis literatus, et ex literatura idoneus ad sacerdotium, talis servus illiber non potest adipisci statum spiritualem absque speciali consensu et manumissione domini sui. Ius enim prohibet per hoc domino ipsius dolorem inferre, talis enim res redundat ad destructionem domus. Si tamen sciretur, quod talis servus esset idoneus ad sacerdotium sicut fuit dignus presbiteratu servus sancti Pauli Apostoli Onissimus, tunc talis servus ex consensu domini sui poterit suscipi ad ordines et ministeria cultus divini.

Capitulum sedecimum de servis Cristianorum.

Si Cristianus emerit mancipium seu servum Cristianum, tunc iuxta veteris legis et testamenti constitutionem talis servus sex annis continuis domino suo servire debet, septimo vero anno talis servus per dominum debet manumitti in libertatem. Nova vero lex Christiana instituit, talem servum tunc liberum esse ex servitute, quum primum pecunias pro eo datas emeruerit. Si solus servus emptus est, solus modo premissis debet esse liber, si vero cum uxore captivatus emptus fuerit, tunc et cum uxore ac pueris liber esse debet emeritis, ut prefertur pecuniis, pro eo datis. Si vero tali servo dominus uxorem dederit et prolem inter se utrisque sexus procreaverint, tunc in tali casu uxor prefati servi unacum pueris debet esse in hereditate et dominio perpetuo sui domini, solo predicto servo tantum libertatem manumissionemque habente, si vero talis dominus voluerit accipere pecuniam pro predicta muliere, tunc eadem mulier unacum pueris suis utriusque sexus manumitti in libertatem debent. Si vero predictus servus libitum et voluntatem non obstantibus predictis conditionibus habuerit remanendi circa dominum suum, tunc dominus tenebitur eundem cum uxore et pueris suscipere, et ad ecclesiam cum eodem servo accedere, et bonis hominibus ibidem in ecclesia de talibus protestari, ac literas huiusmodi protestacionis obtinere et habere in vim significatorie scilicet in hunc modum, quod predictus servus a me ad mortem non vult recedere, si vero talis servus postea deliberatus, voluerit habere voluntatem ex servitute liber esse et dominus ipsius talem eius deliberationem resciverit, non debet eum illibertate dominus suus contra ipsius deliberationem sibi servire, sancto Apostolo dicente, omnes servos apud Deum esse liberos.

◊ Нactenus non fuit nec est usus in regno mancipiorum et servorum in illibertate servandorum.

Capitulum decimum septimum de mulieribus emptis Cristianis.

Si aliquis necessitate cogente filiam suam vendiderit Christiano, non debet filiam vendere in perpetuam servitute, si vero huiusmodi ancille servitus non placuerit domino eius, tunc in tali casu pater poterit eam exemere et talis dominus non habebit auctoritatem predictam servam alicui vendere alteri ex odio, si vero talis dominus prefatam servam voluerit desponsare in uxorem filio suo debet ad id accedere voluntas patris eiusdem serve. Si vero talis ancilla seu serva soli domino vel filio ipsius in uxorem non placuerit, tunc talis serva emerendo annos pro pecuniis pro eadem datis, libera a iugo servitutis esse debet sine pecuniis. Si vero pater ipsius serve ante annos servitii ipsam a domini eius exemere voluerit tenebitur eam dominus ipsius ad exemptionem dare non obstante eo quod anni servitutis ipsius non transfluxerunt.

Capitulum decimum octavum de paganis servis emptis.

Si aliquis Armenus emerit servum vel ancillas serviles paganos istique servui tempore servitutis eorum baptismi sancti sacramenta susceperint, tunc tali modo huiusmodi servi debent esse liberi a servitute tanquam pecunias pro eis datas emererentur. Si vero tales servi utriusque sexus pagani sacrum baptismum suscipere noluerint, tunc in isto casu dominus eorum plenipotens erit, ipsos ad placitum suum vendere cui voluerit.

відно до свого священного королівського стану також представляє немов Божественну владу, і тому право постановляє, щоб кожен погамував себе та свою зухвалість та мав повагу до вищості королівської гідності.

Стаття п'ятнадцята, про вченого невільника або слугу, який без дозволу свого пана, не міг би висвятитися на священника. Якщо у когось був би вчений слуга, на невільничому праві чи правом купівлі (набутий), і через вченість був би гідний до священства, такий невільний слуга не може отримати духовний стан без спеціального дозволу та відпущення свого пана. Бо право забороняє через це тому пану страждання приносити, оскільки така справа приведе до руйнування будинку. Однак якщо було б видно, що такий слуга був гідним до священства, так, як був гідний до священства слуга святого апостола Павла Онисим, тоді такий слуга з дозволу свого пана може бути прийнятий до (священничого) стану і до Божої служби.

◊ Hoc constitutio admittitur in hereditatibus iuri Armenico subiectis, verum si Armeno in iure civili vel terrestri regni iacens hereditas oppignatur, vel ususfructus eius venditur, iuxta dispositionem illius iuris cui eadem hereditas subiacet dicta oppignatio vel venditio usus fructus iudicium debet, idem de prescriptione intelligendum, que etiam iuxta iura, quibus hereditas cuius usufructus venditur subiacet, iudicanda est et observanda.

Capitulum quadragesimum sextum de emptione domus in civitate et iure municipii. Si aliquis alicui vendiderit domum in civitate et iure municipale potest propinquus ad unius anni decursum propinguitate repellere emptorem extraneum pecunias soluendo, pro quibus eadem domus empta erat. Si vero propinquus non fuerit et ille pacifice et quiete huiusmodi possederit anno integro amplius, elapso anno ille qui emit verus prefate domus efficitur heres, eandemque erit iure hereditario possessurus absque aliqua contradictione omnium et singulorum proximorum. Si vero dives pauperi domum vendiderit et ei tempora prefixerit ad soluendum, et si ille pauper solutionem facere per eadem domo non prevaluerit, tunc potest eandem domum illi viceversa

Стаття сорок друга, про того, хто іншого спалив би у пожежі. Якщо хтось у когось би спалив з неприязні і був би спійманий негайно на свіжому факті пожежі, такий чоловік-підпалювач, що згрішив через вогонь, так і у вогні має загинути. Якщо ж у час і годину (пожежі) не був спійманий та пізніше схоплений, такий має бути покараний ув'язненням та грошовою карою, і сплатити всі шкоди, що виникли з такого вогню. Якщо злочинець зі злої волі це вчинив, має бути покараним на смерть.

◊ Підпалювачі за загальним правом королівства мають судитися і каратися.

Стаття сорок третя, про того, хто комусь зіпсував би в городі плодоносне дерево. Хто б увійшовши у чужий город, та зіпсував там, у городі, плодоносне дерево будь-якого плоду, і такий факт проти нього був би доведеним, право говорить, що такий псувач дерева повинен посадити у тому городі таке ж плодоносне дерево, і як довго таке дерево не родитиме, той, хто посадив, хай сплачує всі втрати за плоди вирубаного дерева, поки нове посаджене дерево не почне родити.

Стаття сорок четверта, про коні та худобу. Хто б вбив чужу худобу чи коней, право ясно визначає, що той, хто вбив, повинен сплатити вартість за вбитого коня чи худобину тому, кому ця шкоду завдав. Якщо ж вбив би з неприязні, слід судовому органу уважно це відслідкувати, і як право встановлює, відповідно до скарг та відповідей сторін врешті оголосити вирок.

Стаття сорок п'ята, про того, хто через бідність продасть користування полями. Якщо хтось через надзвичайну бідність продав би комусь користування з своїх орних полів, тоді родич того продавця міг би внаслідок спорідненості зі своїм братом вивільнити і відкупити від того чужого користування з полів та самому стати користувачем. Якщо ж родич того продавця не з'явився би і сам продавець мав би грошову можливість відкупити згадане користування, це перед (закінченням) часу може вчинити. Якщо ж не зміг би відкупити, тоді той, хто купив користування полями, повинен за своїм правом купівлі до свого визначеного часу тримати, а з закінченням часу той дідич може своє відкупити та отримати, а час такого продажу визначено у праві у сім років. Якщо ж понад сім років володілець того користування хотів би на довший час продовжити для викупу правдивому дідичу, це є у добрій волі того володільця. Якщо ж у час семи згаданих років той, хто продав користування, або його родич, не викупив би, тоді після закінчення семи повних років вже той користувач стається правдивим дідичем тієї купленої речі, і такий час сім років у такій справі повинен витримуватися, як цілковита та незворотна давнина. Якщо ж за контрактом іншого виду той дідич продав би свої поля, тоді відповідно до характеру справи і відповідно до скарг та відповідей сторін суд має вчинити вирок.

◊ Ця постанова допускається у дідичних маєтках, підлеглих вірменському праву, але якщо вірменин у міському чи земському праві королівства заставить дідизну або користування з нього продасть, відповідно до приписів того права, якому та дідизна підлягає, суд повинен бути про згадану заставу або продаж користування. Теж слід розуміти про давнину, що також має судитися і дотримуватися відповідно до права, якому підлягає дідизна, чиє користування було продане.

Стаття сорок шоста, про купівлю будинку у місті і на міському праві. Якщо хтось продав би комусь будинок у місті і на міському праві, родич може протягом одного року за (правом) близькості відбити чужого покупця, сплативши гроші, за які цей будинок був куплений. Якщо ж родича не було би, і той (покупець) мирно і спокійно тим (будинком) володів би більше цілого року, по завершенні року той, хто купив згаданий будинок, стається правдивим дідичем та буде володіти на дідичному праві без будь-якого заперечення всіх та кожного з близьких. Якщо ж багатий продав би будинок бідному та визначив би час для сплати, і якщо той бідний не зміг би заплатити за цей будинок, тоді може той будинок тому (багато-

restituere et ille ab ipso eandem domum recipere tenebitur absque aliqua contradictione, domorum vero agrorum et ortorum que in suburbio civitatis iacent ius exemendi easdem per propinquos debet prescriptionem septem annorum habere per propinquos.

◊ Armeni emptores et venditores domorum seu hereditatum naturam et observationem illius iuris, in quo iacent eiusmodi domus et hereditates, servare debent.

Capitulum quadragesimum septimum de molendino aquatico.

Si aliquis cogente inopia molendinum aquaticum vendiderit, ad annum integrum poterit propinquus hoc idem molendinum redimere iure propinquitatis, anno vero elapso integro, is qui possidet per propinquos impeditus non fuerit, amplius non poterit libertatem et ius redemptionis molendini habere, si is qui emit molendinum huiusmodi vigore prescriptionis prefati molendini verus et perpetuus heres efficitur iure id dictante.

Capitulum quadragesimum octavum de emptione equi.

Vendens equum alter ab altero, forum emptionis equi debet fieri in presentia duorum vel trium testium, propterea ne equus esset furtivus, et ne antiquum claudicatorum habeat, et quod non esset ptisicus alias dychawiczny, aut nossathy. Si vero cognitum fuerit ad septimum diem aliquod viciam ex predictis in equo empto, tunc emptor talem equum viciosum restituere venditori poterit. Si vero equus ad septimum diem predicta vicia aut unum eorum in se repertum non habuerit, tunc forum venditionis equi suum effectum sortiri debet. Si vero equus ille furtivus fuerit, tunc intercessor tenebitur emptorem pro prefato equo suo grosso et impensa eliberare, intercedere et indemnem reddere.

Capitulum quadragesimum nonum de vendito bove.

Vendens bovem alter alteri coram tribus testibus tale forum debet facere et vendens bovem huiusmodi de iure tenebitur talem bovem dare illi ementi ad aratrum sive currum ad tentandum, quod talis bos non esset nocive consuetudinibus, nec furatus. Si vero bos fuerit nocive ac fere consuetudinibus ad septimum diem potest illi venditori restitui. Si fuerit furtivus et aliquis alloqueretur se ad illum, tunc emptor debet se trahere ad principalem intercessorem, qui intercessor debet eum suo grosso ubilibet intercedere et indemnem reddere, iure ita dictante.

Capitulum quinquagesimum de vendita vacca. Vendens alicui vaccam debet emptori cavere, quod talis vacca quolibet anno consuevit impregnari. Si aliter compactum fuerit in predicta vacca, quam ipse venditor spondit, tunc in uno integro anno eandem vaccam emptor venditori restituere potest. Si vero ipsa vacca fuerit prolificans bene, tunc forum debet suum effectum sortiri.

Capitulum quinquagesimum primum de apibus.

Vendens alicui apes in autumnis in alveario cum melle et venditor spondit emptori, quod in huiusmodi alveario est tantum mellis et nominat certam mensuram et expressam quantitatem, si ille emptor credere venditori noluerit, tunc poterit alvearium aperire et mel mensurare, et quicquid mellis ad illam quantitatem et mensuram deffecerit, hoc ille venditor aut melle aponat, aut pecuniis soluet defectum mellis. Si mel deficiens aponere noluerit, tunc forum huiusmodi ad nichilum redigitur. Si vero illud mel excesserit quantitatem et mensuram conductam in alveario, tunc emptor restituere venditori huiusmodi excrescentiam mellis non tenebitur, quia spe lucri non damni emit. Si aliquis vendiderit vernali tempore propter examen apum talis recipiendo huiusmodi apes debebit ponere in suo mellificii loco, ad decimam vel vigesimam diem eas servando propter inquirendum, si ille apes emittent examen vel non, et forum pro huiusmodi apibus debet fieri coram duobus vel tribus testibus et introitus ac exitus apum ita fiat et inveniatur, sicut in foro conductatum est, si exitus et introitus apum ita inveniatur sicut contractus fori conclusus est inter venditorem et emptorem, tunc huiusmodi forum debet suum effectum sortiri. Si vero inter huiusmodi apes aliquid nocivi fuerit aut mater eorundem moreretur inter spacium decem aut viginti dierum, poterit emptor venditori tales apes

му) назад повернути, і той (багатий) зобов'язаний від нього той будинок отримати без будь-якого спротиву. А для будинків, полів та городів, які лежать на передмісті міста, повинно бути право викупу родичами з давниною у сім років.

◊ Вірмени-продавці та покупці будинків або ділиць повинні дотримуватися природи і припису того права, якому підлягають ті будинки чи ділицьтва.

Стаття сорок сьома, про водяний млин. Якщо хтось, примушений злиденністю, продав би водяний млин, протягом року може родич цей млин відкупити за правом близькості, а коли цілий рік закінчиться, більше не буде мати свободи і права викупу млина, і той, хто володіє, не матиме перешкод від родичів, та той, хто купив такий млин, за силою давнини стає правдивим і вічним дідичем згаданого млина, як право говорить.

Стаття сорок восьма, про купівлю коня. При продажі коня від одного до іншого купівля коня повинна бути у присутності двох або трьох свідків для того, щоб кінь не був краденим і не мав би давньої кульгавості, та не мав би задишки "alias dychawiczny" або (не був) носатим. Якщо ж би виявилася за сім днів якась вада зі згаданих у купленому коні, тоді покупець такого підозрілого коня може повернути продавцю. Якщо ж кінь за сім днів не виявив згаданих вад або одну з них, тоді купівля коня має вважатися завершеною. Якщо ж той кінь був би краденим, тоді повинен посередник своїм грошем та витратами вивільняти, посередничати і повертати шкоду купцю за згаданого коня.

Стаття сорок дев'ята, про проданого вола. При продажі вола від одного до другого такий торг має відбутися перед трьома свідками, і продавець того вола повинен за правом дати того вола покупцю до плугу або до воза для засвідчення, що той віл не має шкідливих повадок і не є краденим. Якщо ж віл мав би шкідливі та дикі повадки, протягом семи днів може тому продавцю повернути. Якщо виявиться (віл) краденим і хтось би говорив до нього (про це), тоді покупець повинен притягнути до себе головного посередника, який повинен йому своїм грошем у будь-якому (випадку) посередничати і повертати шкоду, так право говорить.

Стаття п'ятдесята, про продану корову. При продажі корови будь-хто повинен застерегти покупця, що та корова кожен рік буває тільна. Якщо ж інакше виявилось би на тій корові, ніж той продавець обіцяв, тоді протягом одного повного року покупець ту корову може повернути продавцю. Якщо ж та корова була б добре плідна, тоді торг матиме своє завершення.

Стаття п'ятдесят перша, про бджіл. Продаючи восени комусь бджоли у вулику з медом, продавець хай пообіцяє покупцю, що у такому вулику є стільки меду, і назве певну міру та ясну кількість. Якщо той покупець не схоче вірити продавцю, тоді може вулик відкрити і поміряти мед, і скільки б меду до тієї кількості та міри не вистачало, той продавець хай медом докладе або грошима сплатить за відсутній мед. Якщо ж того відсутнього меду не хотів би докласти, тоді такий торг до нічого зводиться. Якщо ж той мед перевищував би домовлену кількість та міру у вулику, тоді покупець не повинен повертати продавцю такий надлишок меду, тому що купив у сподіванні на прибуток, а не на втрату. Якщо ж хтось продав би (бджіл) у весняний час, той, хто отримав ті бджоли, повинен для рою бджіл покласти у своєму бджільнику, залишаючи їх до 10 або 12 днів для з'ясування, чи ті бджоли випускають рій чи ні. І торг за такі бджоли повинен відбуватися перед двома або трьома свідками. І виліт та приліт бджіл нехай відбувається, як на торзі було домовлено. Якщо виліт та приліт бджіл буде такий, як є у контракті, підписаному між продавцем і покупцем, тоді такий торг матиме своє завершення. Якщо ж між тими бджолами щось буде шкідливе або їхня матка загине протягом 10 або 20 днів, покупець може такі бджоли назад повернути продавцеві, але після закінчення 20 днів, як-

viceversa restituere. post decursum vero viginti dierum si aliquid nocivi predictis apibus evenerit, tunc emptoris non autem venditoris debet esse damnum.

Capitulum quinquagesimum secundum de vasis ex argilla [В рукописи ошибочно: *arilla*] *fabricatis pro vino infundendo qui vocantur banye vynne.*

Emens aliquis apud alterum vas argilleum pro vino fundendo, si tale vas ad integrum annum non stilaverit, tunc forum pro eodem vase in initum teneri debet. Si vero in tali vase fuerit aliqua lesio et per emptorem cognosceretur illius vasis, hoc ipsum vas viceversa recipere debet ab emptore, si vero de huiusmodi vase leso vinum efluxerit, tunc damnum ad medium esse debet. Si tale vas in prime fori contractu fuerat integrum et dum infodiebatur in terram lesum est, tunc venditor in isto culpabilis non erit, quia iura que disponunt hoc intellegere de vasis magnis et parvis.

Capitulum quinquagesimum tertium de fructu arboris fructifere vendito.

Contigit multociens plerisque vendere fructus arborum fructiferarum in ortis propter lucrum habendum. Si lucraverit fortunatus est, sin perdidit lucrum infortunio suo imputet, et tale forum in presentia trium testium fore debet, et tempus huiusmodi fori ad decem dies durat, in quibus decem diebus forum emptor potest deicere, lapsis vero decem diebus forum huiusmodi prefatum in rem transit effectualem et determinatam, emptor post dies decem lapses conductatum pretium soluat.

Capitulum quinquagesimum quartum de molendini arenda. Si aliquis arendaverit molendinum coram testibus, debet ille, qui arendat sibi statuere et edicere mensuram, qualem mensuram ille qui arendat dare debebit. Si vero arendator molendini lucraverit aliquid super arenda, hoc eius lucrum erit, et iste qui arendat debet tenere arendam, non obstante lucre illius qui arendaverit, nec eundem arendarium debet propter lucrum huiusmodi in aliquod detrimentum inducere, omnia vero necessaria ad molendinum iste qui arendavit dare et reparare debet, similiter et destructa secundum consuetudinem in molendino observari consuetam reformabit, si vero ex incurabilitate istius, qui arendavit molendinum in aliquod damnum in molendino foret in lapide, rotha aut presepio molari, aut aliis aparamentis molendini damnum foret, aut si aliquid de molendino furatum fuerit, tale totum damnum ille qui arendavit debet soluere. Si vero molendinum conflagratum fuerit illius culpa, cuius hereditarium fuerit, suum damnum erit, si vero ex causa arendatoris molendinum combustum fuerit, tunc arendatoris est damnum et taliter iure diffiniendum erit.

Capitulum quinquagesimum quintum de iudice et spirituali persona inhoneratis. Si aliqui in civitate et iurisdicione propria atraxerint se ad ius et causa fuerit sanguinolenta aut contenciosa, quod unus alteri controversialiter contrariaretur, debet accedere ibi ubi est locus iudicii, quod iudicium est electum a Deo et hominibus, in quo iudicio sedere consueverunt spirituales et seculares, qui tunc temporis fuerint, et propositionem coram eis actor facere debet contra ream partem, et iudicium auditis partium propositis et responsis inter eos discuciet id, quod iuris fuerit et utraque pars tale decretum suscipere debet et eidem non contrafacere et de decreto huiusmodi iudiciali utraque pars non debet nec ad dextram neque ad sinistram declinare. Qui vero decreto temerarie et superbe contradicere ausus fuerit, talis homo mortalis est. In nova enim lege ita ostenditur, quod quicumque adversaretur iuri pro nichiloque iudicem habuerit, talis est mortalis, quia inobedientia contra auctoritatem iudicii facta perinde habetur, ac si Deo inobedientia ostenderetur, iura ita diffiniente.

◊ Quod hic dicitur, quod decreto iuris Armenici nec ad dextram, nec ad sinistram declinari debet intelligendum est, quo ad personas Armenorum, que si volunt possunt non appellare a decreto iuris sui Armenici, homini vere Catholico gravato in iudicio Armenico reservata est appellatio.

Capitulum quinquagesimum sextum de metis agrorum.

Iure diffiniente nemo debet mutare metas agrorum vicino suo, quas metas agrorum confirmaverunt predecessores et successoribus scilicet filiis

що щось шкідливе знайшов би, тоді покупець, а не продавець, повинен мати шкоду.

Стаття п'ятдесят друга, про посудини, зроблені з глини для наливання вина, які називають винні бані. Якщо один купляє в іншого глиняну посудину для наливання вина і якщо така посудина цілий рік не текла би, тоді торг про цю посудину повинен вступати у дію. Якщо ж у такій посудині було б якесь пошкодження, виявлене покупцем цієї посудини, цю посудину (продавець) повинен назад прийняти від покупця. Якщо ж з такої пошкодженої посудини вино би витекло, тоді шкоду треба ділити на половину. Якщо така посудина при першому торзі була ціла, і коли (її) вкопували у землю, пошкодилася би, тоді продавець в тому не мав би вини, тому що права, які про це встановлені, слід розуміти про великі та малі посудини.

Стаття п'ятдесят третя, про проданий плід плодоносного дерева. Стається часто і багато разів, що продають плоди плодоносних дерев у городах для отримання прибутку. Якщо мав би прибуток, то є щасливим, а якщо втратив би прибуток, заслуговує на своє нещастя. І такий торг у присутності трьох свідків повинен бути, і час такого торгу хай триває до десяти днів. У ці десять днів покупець може відмовитися від торгу, але після закінчення десяти днів такий згаданий торг у звершену та визначену справу переходить, покупець після завершення десяти днів умовлену ціну має сплатити.

Стаття п'ятдесят четверта, про оренду млина. Якщо хтось заорендував би млин перед свідками, повинен той, хто здавав в оренду, встановити і визначити міру, якою повинен давати той, хто орендує. Якщо ж орендатор млина мав би прибуток якийсь понад оренду, цей прибуток мав би бути його. І той, хто дає в оренду, має дотримати оренду без огляду на прибуток того, хто орендував би, і того орендара через такий прибуток не повинен у будь-яку втрату вводити. А все необхідне для млина той, хто орендував би, повинен дати і ремонтувати, подібно і зруйновані (частини) відповідно до прийнятого звичаю у млині має направляти. Якщо ж з недбалості того, хто орендував би млин, у чомусь шкода у млині сталася: у камені, у колі або у млинарському жолобі або в інших приладдях млина, або якщо щось буде вкрадене з млина, таку всю шкоду той, хто орендує, повинен сплатити. Якщо ж млин згорів би з причини того, хто був дідичем, його шкода буде, якщо ж з причини орендатора млин був спалений, тоді є шкода орендатора, і так за правом буде визначатися.

Стаття п'ятдесят п'ята, про збезчещених суддю та духовну особу. Якщо хтось у місті й у власній юрисдикції притягнувся би до суду, і справа була би кривою або суперечливою, що один другому сильно противився би, повинен прийти там, де є місце суду; такий суд є обраний Богом і людьми, де у суді звикли засідати духовні та світські (особи), які були б у той час, і скаргу перед ними позивач повинен зробити проти звинуваченої сторони. І суд, вислухавши скарги і відповіді сторін, між собою обговорить так, як буде право, й обидві сторони такий декрет повинні прийняти та йому не суперечити. І від такого судового декрету сторони не повинні ні на право, ні наліво ухилитися. А хто б декретові необдумано і пихато навжився протидіяти, такий чоловік є смертельним. Бо у Новому законі так є висловлено, що хто б праву противився, і мав за ніщо суддю, такий є смертельним, оскільки непослух, вчинений проти влади суду, рівно ж вважатиметься так, якби виявився би непослух Богу, так право встановлює.

◊ Що говорилося, як за декретом вірменського права ні направо, ні наліво не повинно ухилитися, слід розуміти щодо вірменських осіб, які, якщо схочуть, можуть не апелювати від декрету свого вірменського права, людині-католику, обтяженому у вірменському суді, є збережена апеляція.

Стаття п'ятдесят шоста, про межі полів. За визначенням права ніхто не повинен змінювати межі полів свого сусіда. Ці межі полів підтвердили попередники і залишили спадкоємцям, а саме синам, маєтки, що Бог надав

relinquerunt bona, quod Deus concederet vobis successoribus agros et alia bona cum gaudio et sine iniuria proximi uti frui, tam fratres, quam extranei in iusticia manere et convivere, sicut enim tibi a patre tuo relictum est, taliter tenere debes, et alterius hereditatem tibi non usurpes. Si vero aliquis ante te iniuste aliquid accepit, in tali casu recurrendum est ad iudicium.

Capitulum quinquagesimum septimum de testimonio.

Item iure precipimus vobis, quia unius hominis testimonium in iure nostro Armenico nichil importancie et vigoris habet, sed tantum testimonium duorum vel trium bonorum virorum robur habet. Si vero aliquis vellet coram iudicio iniuste ex inimicitia testificari, et iudex aut iudicium cognoverit, quod ipse iniuste testificatur debet sententiarum sicut quilibet malus, ita ius dictat.

Ius ostendit, quod testimonium isto modo debet esse coram iudicio Armenorum debet probare super Armenum Armenis duobus aut tribus bonis hominibus, quibus licitum esset credere, non debet alios testes inducere, tantum ex genere Armenorum. Sic ius dictat.

[В рукопису МК цей абзац подано так: Ius ostendit etc. de testimoniis edita, ut aliae multae, intelligi et servari debet inter solos Armenos, quando videlicet unus Armenus contra alium in iudicio probare contendit; secus enim est de Christianis seu Ruthenis, actionem cum aliquo Armenorum habentibus, quia ipsi probare possunt intentionem suam per testes idoneos etiam non Armenos].

Postquam venient duo ad ius Armenicum unusquisque disponat suam rem solus, non debet procuratorem pecuniis convenire, ut iniusticia iusticiam vincere possit, quia talis res est contra Deum et iusticiam sanctam.

Capitulum quinquagesimum octavum de homine occiso invento in alicuius granicie.

Si in alicuius granicie vel campo inventus fuerit homo occisus et ignoratur homicida, tunc iudex cum senioribus civitatis cui ille locus magis adiacebit, et debent revidere ad cuius graniciam pertinet propinquius ille locus, et in cuius civitatis districtu fuerit, si vero homicidam non invenerint, qui interfecit predictum hominem, tunc pro capite illius hominis occisi nullus aliquid pati debet, sed illius interempti propinqui et consanguinei debebunt inquirere culpabilem homicidii, quem si invenerint talis homo mortalis est, qui occidit.

Capitulum quinquagesimum nonum de inobedientibus pueris parentibus suis. Si apud aliquem fuerit inobediens filius et noluerit obedire parentibus eum corrigentibus, debent talem filium inobedientem adducere ad seniores et accusare eundem filium coram senioribus, eum esse malum et inobedientem, ut pote sediciosum et ebriosum, talem vetus lex precipit lapidandum. Nova vero lex assimilat hunc casum inobedientie filialis sicut parentes verberaret, et propter tale scelus inobedientie poterint eum parentes alienare a toto patrimonio hereditario.

◇ Ista constitutio inter solos Armenos et eorum gentem locum habet.

Capitulum sexagesimum de perditis hominibus criminosa facta patrantibus.

Quicumque patrauerit factum mortale seu crimosum solus debet subici mortalitati, id est, si aliquid furatus fuerit pena suspendii deleatur, et cadaver suspensum ad noctem in patibulo relinquere non debet, sed debet tale cadaver deponi et sepeliri. Vetus lex ita dictat, de nova vero lege nostra constitutum est, quod si quis maleficium aliquod patrauerit et convictus fuerit testimonio trium bonorum virorum possessionatorum, talis debet iuxta malefactum pati, hoc est si fuerit fur suspendatur, si vero fuerit predator et violator pacis et securitatis comunis debet capite plecti. Taliter ius punienda esse facinora malefactorum.

◇ Cause criminales non pertinent ad iudices Armenos cum in hiis Armeni Leopolienses sunt subiecti iuri Theutonico et civili Maideburgensi.

вам, спадкоємцям, поля та інші маєтки, щоб з радістю та справедливістю для ближнього користувалися. Як брати, так і чужі у справедливості (мають) залишатися і спільно жити, бо як тобі від твого батька є залишено, так і ти повинен залишати, та іншого дідицтва ти не привласнюй. Якщо ж хто перед тобою щось взяв несправедливо, у такому випадку слід звернутися до суду.

Стаття п'ятдесят сьома, про свідчення. Також за правом наказуємо вам, що свідчення одного чоловіка у нашому вірменському суді не має важливості і сили, але тільки свідчення двох або трьох добрих мужів має вагу. Якщо ж хтось схоче перед судом свідчити несправедливо і з ненавистю, і суддя або суд визнав би, що є несправедливо засвідчено, повинен (цей чоловік) бути засуджений, як кожен злий (чоловік), так говорить право.

Право виказує, що свідчення таким способом повинно бути перед вірменським судом, має перевірятися щодо вірменина двома або трьома вірменами – добрими людьми, яким можна вірити, не треба інших свідків вводити, тільки вірмен з роду. Так говорить закон.

[В рукопису МК цей абзац подано так: “Право виказує і т.д., щоб при поданні свідчення серед багатьох інших слід розпізнавати та виявляти тільки між вірменами, а саме, коли один вірменин проти іншого щось у суді пробує довести; інакше є щодо християн (католиків) та українців, з якими мали би вірмени якусь справу, тому що вони можуть доводити своє твердження надійними свідками, навіть невірменами”].

Після того як приходять двоє до вірменського права, кожен з них хай покладається тільки на себе, не повинен адвоката наймати за гроші, щоб несправедливість не могла перемотти справедливість, тому що така річ є проти Бога і святої справедливості.

Стаття п'ятдесят восьма, про вбиту людину, знайдену на чийсь межі. Якщо на якійсь межі або полі був би знайдений вбитий чоловік, і вбивця був би невідомим, тоді суддя з старшими міста, яке до того місця найближче прилягає, повинні оглянути, до якої межі найбільше наближується те місце й у якому місті повіту було би (місце вбивства). Якщо ж вбивця не знайшовся би, хто вбив згадану людину, тоді за голову тієї вбитої людини ніхто не повинен терпіти, але близькі та родичі того вбитого повинні шукати винного вбивцю, і якщо знайдуть, такий чоловік, що вбив, є смертельним.

Стаття п'ятдесят дев'ята, про непокірних своїм батькам дітей. Якщо у когось був би непокірний син і не хотів би слухатися батьків, що його картають, повинні такого непокірного сина привести до старших і звинуватити того сина перед старшими, (що) є злим і непослушним, як-от бунтівливим і п'яницею. Такого Старий закон наказує каменувати, а новий закон уподібнює такий випадок синового непослуху до побиття батьків, і внаслідок такого вчинку непокори батьки могли би від'єднати його від всієї спадщини по батьках.

◇ Така постанова тільки між вірменами та їхнім родом має місце.

Стаття шістдесятя, про заанащених, які вчиняють злочини. Будь-хто, що вчинив би смертельний або кримінальний вчинок, сам повинен підлягати смерті, це є, якщо б хтось був злодієм, підлягає карі шибениці, і повішане тіло до ночі на шибениці не повинно залишатися, але треба мертве тіло зняти і поховати. Так старий закон говорить, а у нашому новому законі є встановлено, що, якщо б хтось вчинив якийсь злочин і був би викритим свідченням трьох добрих маєтних мужів, такий повинен терпіти відповідно до злочину, це є, якщо б був злодієм, має бути повішеним, якщо ж був би розбійником та порушником загального миру та спокою, повинен бути стягн. Таке є право покарання (тому), хто чинить злочини.

◇ Кримінальні злочини не належать до вірменських суддів, адже у таких (справах) львівські вірмени підлягають німецькому праву і міському магдебурзькому (суду).

Capitulum sexagesimum primum de furibus castigandis.

Ius nostrum non admittit furem occidere aut homicidam tirannicum neque aliquem alium dignum morte, nisi prius iure et sufficientibus documentis convictus. Si quis vero obiceret alicui, quod ipse est homicida tirannicus hominum alias zabyacz, et istud non probaverit, tunc inculpator non probans solus in tali facto remanebit et magna pena talem hominem non probantem objectionem alicui obiectam ius punire debet. Si vero Armenus Armenum infamaverit asserendo eum esse paganum et infidelem, et non probaverit istud contra eum, tunc per iudices debet puniri sicut nequam oblocutorem carcere et pena. Si vero aliquis noctu violenter infregerit se in domicilium alterius et hospiti domus damnum furti aut violentia illata fuerit, omnino talis mortalis est.

Capitulum sexagesimum secundum de violatore femine, uxoris vel ancille.

Si quis in via rapuerit alicuius uxorem vel filiam et talis filia est virgo et eandem violaverit, talis violator mortalis est. Si vero coitum cum ea non commiserit, nichilominus reus est et puniri debet per iudices carcere et pena propter inhonestatem.

Capitulum sexagesimum tertium de inventore alicuius rei.

Si aliquis transiens per viam viderit pecus seu animal oberrans cuiuscunque hominis fuerit, si vicini ipsius fuerit, licitum est ut restituatur, absque aliqua receptione, si vero tale pecus fuerit ex longinquo ignoti hominis, tunc tale pecus per illum, qui vidit, vel invenit oberrans pecus debet ipsum idem pecus recipi ad domum illius inventoris, et debet protestari vicinis, quod tale pecus invenit oberrans ignoti hominis, debetque illud servare tamdiu, quoad hospes seu dominus illius pecoris se manifestaverit, domino vero illius pecoris probatione habita, quod suum pecus sit restitui debet pecus cum reformatione impensarum, et in qualibet re inventa ita lex precipit observandum et faciendum, scilicet pecuniarum, vestimentorum et quarumlibet aliarum rerum, quia ius Christianum nostrum ostendit quamlibet rem inventam esse restituendam illi cuius propria fuerit absque gravamine.

◊ Bene stat hec constitutio, hoc adiecto, quod protestari debet vicinis et officio castri vel civitatis, quod pecus seu animal alienum habuerit.

Capitulum sexagesimum quartum de eo, qui cum alio in viam exivit.

Si vero aliquis cum altero ad viam exiverit et uni ex eis accidens aliquod evenerit, videlicet aut per casum equi, aut in ponte equus irretitus fuerit vvyasznye, aut currus oneratus in luto loco fuerit immersus, quod de facili ex luto exire non potest, aut talis currus pervertitur aut frangitur, tunc comes vie non debet ab illo socio sustinente accidens recedere. Si vero recesserit potest iudicialiter eum convenire, quem ius debet secundum iusticiam et ius punire.

Capitulum sexagesimum quintum de modo vestimentorum portandorum.

Ius dictat masculo non debere licere ambulare in veste muliebri et e converso mulieri non licet in habitu masculino incedere. Talis enim res contraria est Deo, ex eo quia ex tali impossibilitate habitus multe nequicie oriri possunt. Tales si qui reperti fuerint transgressores per predicatores et iudicem debent puniri.

Capitulum sexagesimum sextum de edificante novam domum.

Aliquis edificans novam domum et voluerit circum domum sursum pinaculum construere, ita tale pinaculum debet construere, quod nemo de eodem pinaculo caderet, oportet enim, ut istud ita teneatur, ne in alicuius domo istud accidens evenerit. Si vero aliquis de tali pinaculo ceciderit ex laqueo maligni spiritus, hospes illius nichil pati debet, sed penitentiam spiritualem debet suscipere.

Capitulum sexagesimum septimum de eo, qui in alicuius sementa intraverit cum falce.

Si quis intraverit in frumenta campestria alicuius non debet talia frumenta falce metere sibi ipsi ad usum, tamen si aliquid manu evulserit hoc

Стаття шістдесят перша, про покарання злодіїв. Наше право не допускає вбивати злодія або немилосердного вбивцю, і нікого іншого, гідного смерті, якщо спочатку не був би (злочинець) не викритим за правом та при достатніх свідченнях. Якщо ж хтось звинувачував би когось, що він є немилосердним вбивцею людей “alias zabyacz”, і того би не довів, тоді звинувачувач при недоведенні (злочину) сам у тому діянні залишиться, і велике покарання має право накладатися на таку людину, що звинувачує когось недоведеним звинуваченням. Якщо ж вірменин обезчестить вірменин, твердячи, що він є поганином, і не доведе того проти нього, тоді судьями повинен каратися як наклепник ув’язненням та штрафом. Якщо ж хтось вночі насильно вламався би в інший будинок, і господар будинку мав би шкоду від злодійства або завданого насильства, безумовно, такий (злодій) є смертельним.

Стаття шістдесят друга, про насильника жінки, дружини або служниці. Якщо хтось на дорозі схопив би чийсь жінку або дочку, і така дочка була би дівчиною, її би згвалтував, такий насильник є смертельним. Якщо ж статевого зв’язку з нею не мав би, тим не менше, буде звинуваченим і має бути покараним судьями ув’язненням і штрафом внаслідок знеславлення (потерпілої).

Стаття шістдесят третя, про людину, яка знайде якусь річ. Якщо хтось, йдучи дорогою, побачив би заблукану худобину або тварину, що була б будь-якої людини, то якщо (це) була б його сусіда, годиться повернути без будь-якого застереження. Якщо ж така худобина була б здалеку незнайомої людини, тоді таку худобину той, хто побачив або знайшов заблукану худобину, повинен взяти до будинку того, хто знайшов, і (він) повинен оголосити сусідам, що таку заблукану худобину незнайомої людини знайшов, і повинен її залишати так довго, поки господар або пан цієї худобини не з’явився би. А коли господар тієї худобини матиме доказ, що це його худобина, треба повернути худобину з відшкодуванням втрат. І у випадку кожної знайденої речі так закон наказує дотримуватися і чинити, а саме, гроші, одяг і будь-які інші речі (слід повертати), тому що наш християнський закон наказує, що будь-яку знайдену річ слід повертати без труднощів тому, чия це власність.

◊ Добре складена постанова, (але) додамо таке, що повинен оголосити сусідам та замковому або міському уряду, що має чужу худобину або тварину.

Стаття шістдесят четверта, про того, хто з іншим у дорогу виїжджає. Якщо хтось з кимось у дорогу виїжджає, і з одним з них стався якийсь випадок, а саме з причини коня або коли кінь застригне на мості, чи коли навантажений віз зав’язне у болотистому місці, що не може легко вийти з болота, або такий віз перевернувся би чи поламався, тоді товариш у дорозі не повинен від’їжджати від того супутника, з яким стався випадок. Якщо ж би від’їхав, можна його судово викривати, його повинно право карати відповідно до справедливості і права.

Стаття шістдесят п’ята, про спосіб носити одяг. Право говорить, що чоловіку не личить ходити у жіночому одязі, і навпаки, жінці не личить ходити у чоловічому вбранні. Бо така річ є противна Богові, тому що з такого (способу) носити одяг може виникнути велика нищість. Якщо такі порушники будуть виявлені, повинні бути покараними проповідниками та суддею.

Стаття шістдесят шоста, про будівника нового будинку. Хто б будував новий будинок і хотів би при будинку на верху збудувати ганок, тоді так повинен той ганок будувати, щоб ніхто з того ганку не впав, адже належиться, щоб він так тримався, аби комусь у тому будинку не трапився випадок. Якщо ж хто з такого ганку впав би через пастку злого духу, господар не повинен терпіти, але має прийняти духовну покуту.

Стаття шістдесят сьома, про того, хто на чиєсь збіжжя зайшов би з серпом. Якщо хтось увійшов би на чуже збіжжя у полі, не повинен таке збіжжя серпом жати на свою користь. Однак якщо щось би рукою вирвав, то може (це) вчинити. Якщо ж серпом зіжав би щось на збиток, і гос-

potest facere. Si vero falce damnose meteret aliquid, et hospes eum invenerit in suis segetibus, damnum hospiti debet soluere.

Capitulum sexagesimum octavum de eo, qui in vineam alicuius intraverit.

Si alicuius alicui in vineam intraverit absque domini vinee volunlate, potest uvas vini comedere quantum placet, sed nichil de vinea illa exportare debet, quia iusto iure prohibetur, quod vinee absque consensu proprietariorum suorum destrui per neminem debent, de qua vinea nemo in saccos nec in aliqua alia depositoria aliquid asportare debet. Si vero aliquis de vinea aliquid receperit et per hospitem vinee in tali facto inventus fuerit, in quocunque damnificavit dominum vinee id ei soluere debet.

Capitulum sexagesimum novum de uxore noviter.

Si aliquis noviter uxorem duxerit, tali non licebit ad bellum proficisci, propterea ne sibi ibi aliquid adversi et nocivi contingat, ideo talem noviter uxorum ius a bello liberat, ut cum sua uxore nova sponsa gaudeat in domo sua, pauperes enim Deus diligit et non sinit Deus, ut in eorum domo ita cito post novas nuptias aliquid novi molestie tristicieque emergat, ideo tali novo uxorio nullus imputare debet.

◇ Armenus habens terrestria ratione quorum ad bellicam expeditionem est obligatus non gaudet prerogativa huius constitutionis.

Capitulum septuagesimum de molendino manuali alias ozarnowem mlynie.

Iure prohibitum est molendinum manuale non debere obligari nec superiore nec inferiore lapides, quia isto victus pauperis sustentatur, transgressor vero presentis constitutionis per iudicium puniatur et compescatur ne tale molendinum impignoraret.

Capitulum septuagesimum primum de debito simplici absque pignore.

Existens aliquis debitor alicuius sine pignore et pro tempore creditum debitum soluere non poterit, ius prohibet illi creditori recipere violenter vadum in domo debitoris propter solutionem non factam. Si vero debitor propria voluntate bona pignus seu vadium creditori dare voluerit, tali modo creditor accipere poterit. Si pauper homo astrictus necessitate inevitabili aliquam rem in pignus dederit creditori, tunc tale pignus apud illum creditorem pernoctare non debet, sed creditor tale pignus restituere viceversa illi, qui dedit et tempus ei congruum assignet, quo secundum statum inopie sue posset soluere.

Capitulum septuagesimum secundum de iure servilium famulorum.

Iure statutum est quod non licet famulo servili et famule precium famulatus adimere et negligere, apreciatio enim famulo vel ancille, dum tempus eius servicii expiraverit, ad occasum solis salarium vel precium promentum solui debet per hospitem, propterea quia pauper est et in isto consistit eius spes nutriendi, ne suspiria emitteret ad Deum et ex eo sequeretur peccatum, quia cogente cum paupertate subiugaverat se servitio, ideo indignum est, ut eius promeritum salarium sibi solui negligeretur.

Capitulum septuagesimum tertium a viduis pignora non recipiantur.

Iure constitutum est, quod a viduis nec vestimenta, nec alie res mobiles in vim pignoris recipiantur. Si in alio iure aliquo pignora a viduis recipere licet, in nostro tamen Armenico istud interdictum est, quia vestimenta viduis sunt necessaria, quia ex Dei precepto misericordia est habenda ergo viduas, sicut Deus Iudeis in Alkairo aut in Egipto misericordiam ostendit.

Capitulum septuagesimum quartum de muliere dirimente duos sediciosos viros.

Duobus in simul contententibus et sediciose decertantibus et mulier inter eos se ingesserit ad dirimendam sedicionem, volens illum iuvare, qui succumbit aut vincitur per prevalentem, et alio modo non valens sediciosos ab invicem dissociare et prevalentem per virilia arripuerit, ius decernit tali mulieri manum amputandam, qua tetigit virilia, si vero ius favorabiliter inclinaretur ad id, tunc potest talis mulier manum redimere.

подар знайшов би його у своїх посівах, повинен сплатити господарю за шкоду.

Стаття шістдесят восьма, про того, хто б до чужого виноградника зайшов. Якщо хтось зайшов би до чужого виноградника без волі господаря, може грона винограду стільки їсти, скільки схоче, але нічого не повинен вносити з того виноградника, бо справедливим правом заборонено, що виноградники без дозволу їхніх власників не мають ніким псуватися, (ніхто) з того виноградника не повинен нічого вносити у мішках чи у якійсь іншій формі. Якщо ж хтось у винограднику щось взяв би і господарем винограднику у такому вчинку був би спійманий, на скільки б вчинив шкоди господарю винограднику, те повинен йому заплатити.

Стаття шістдесят дев'ята, про новоженця. Якщо хтось щойно одружився би, такому не годиться йти на війну, щоб йому там щось противного і шкідливого не сталося. Тому такого новоженця право від війни звільняє, щоб зі своєю новою жінкою (він) тішився у своєму будинку, адже Бог бідних любить і не допускає, щоб у їхньому будинку так швидко виникло якесь нове нещастя або смуток, тому такому новоженцю (звільнення від війни) ніхто не повинен ставити у провину.

◇ Вірменин, який має земські (маєтки), щодо яких є зобов'язаний до військового походу, не тішиться прерогативою цієї постанови.

Стаття сімдесята, про ручний млин або жорна. Правом є заборонено, щоб ручний млин міг заставлятися, ні верхній, ані нижній камінь, оскільки тими (жорнами) бідний утримується, а порушника даної постанови слід карати у суді і стримувати, щоб такого млина не заставляв.

Стаття сімдесят перша, про простий борг без застави. Хто був би боржником комусь без застави і на час сплати кредиту не міг би сплатити боргу, право забороняє тому кредиторі забирати насильно заклад у будинку боржника через нездійснену сплату. Якщо ж боржник з власної волі схотів би дати кредиторі майнову заставу або заклад, таким чином кредитор може отримати. Якщо бідний чоловік, змушений нагальною потребою, якусь річ дав би у заклад кредиторі, тоді такий заклад не повинен залишатися у того кредитора на ніч, але кредитор такий заклад має повернути назад тому, хто дав, і хай визначить зручний час, щоб відповідно до свого нужденного стану (боржник) міг сплатити.

Стаття сімдесят друга, про право службової челяді. Правом є встановлено, що не годиться слугі або служниці плати за службу забирати та затримувати, бо найнятому слугі або служниці, коли час їхньої служби закінчиться, господар має сплатити до заходу сонця платню чи заслужену плату, тому що він є бідним і у цьому полягає його надія на прожиття, щоб з жалем не звертався до Бога і через це не сталося гріха, тому що, примушений своєю бідністю, може віддати себе у неволю, тому негідним є, щоб затримували сплачувати його заслужену платню.

Стаття сімдесят третя, – від вдів не слід брати застави. Правом є встановлено, що від вдів ні одяг, ні інші рухомі речі не слід брати у заставу. Якщо в іншому праві якусь заставу від вдів дозволяється брати, то у нашому вірменському (праві) це є заборонено, тому що одяг є необхідним для вдів, оскільки з Божого наказу має бути милосердя щодо вдів, як Бог євреям у Алькаїрі або у Єгипті милосердя виявив.

Стаття сімдесят четверта, про жінку, яка розтягує двох посварених чоловіків. Коли двоє між собою сперечаються і сварливо зіштовхуються, і жінка між ними вступилася би, щоб розняти сварку, бажаючи допомогти тому, хто впав би або якого перемагали, та, іншим чином не можуть посварених роз'єднати одного з одним, сильнішого схопила би за пах, право вирішує такий жінці відтяти руку, що торкнулася паху. Якщо ж право прихильно схилиться до цього (випадку), тоді така жінка може руку відкупити.

Capitulum septuagesimum quintum de fodiente mortuum et eundem spoliante.

Quincunqe mortuum de tumulo effodierit et eundem spoliaverit, si recenter in tali facto deprehensus fuerit, talis spoliator mortalis debet esse pro tali facto. Si vero non deprehenderetur in tali recenti facto et postea rediens ad se coram presbitero confessus fuerit, tunc confessor ipsius debet sibi penitentiam iniungere iuxta excessum huiusmodi peccati, propter quod peccatum ad mortem ipsius debet alienari a communione Christianorum et talem peccatorem iudicium reputat, sicut esset homicida, huiusmodi casuum tale ius est.

Capitulum septuagesimum sextum de eo, qui aliquem ex casu et non studiose occidit.

Transiens per viam sine culpa alicui, ita quod nullum inimicum habuerit, et in eum inopinate predones insilierint, et aliquem ex predonibus, defendendo vitam, occiderit, de iure tale factum homicidii ecclesia sancta non reputat pro facto homicidii studiose et volenter patrati, si etiam talis casus presbitero accident sancta ecclesia talem casum equaliter discutit. Tamen patrator talis casualis peccati debet confiteri et penitentiam suscipere, si spiritualis fuerit in tali eventu, tunc eius sacerdotio nichil nocet, si fuerit homo secularis in tali casu homicidii potest sacramenta ecclesie suscipere.

Стаття сто четверта, про право купців та крамарів. Купці та крамарі у виконанні та у справі своїх торгових обов'язків так повинні і будуть зобов'язані себе вести, як королівський маєстат зі своєю радою їм встановить у містах, містечках, селах і на всіх дорогах. Найперше, повинен доглянути, щоб ваги, фунги, міри та ваги (сипучих тіл) різного роду та локті були вірними та справедливими, а речі для продажу так хай поставлять, як стан часу вимагатиме, також виставивши і встановивши щодо них (товарів) охоронців, щоб уважно слідкували та оберігали, аби ніхто нікому у згаданому (купецтві) не зробив несправедливості. Якщо ж хтось знайшовся би, що у згаданих вагах, фунтах, локтях, вагах (для сипучих тіл) та мірах зробив би комусь несправедливість або злодійство, за одну несправедливу річ зі згаданих або через крадіжку привласненої (речі), (то) учетверо той, хто вчинив кривду, має сплатити, і при тому хай залишиться обезславленим, щоб іншим через це дав приклад, аби уникали та не чинили подібного. Також якщо б хтось таємно чеканив би грошову (мідну) або золоту монету і якщо був би викритим, такому чеканнику тих монет слід відтяти його руку, якою грішив. Також митникам право наказує, щоб від купців стягували мито милосердно, не обтяжуючи їх, і до якого міста купець приїде, у тому місті хай виконає продаж своїх товарів, там хай сплатить мито, а у дорозі право забороняє стягувати мито від товарів. А стягнення мита ніхто не повинен встановлювати, тільки володар і (його) радники. Якщо ж хтось з панів мита орендував би, тоді мито іншим способом не може стягуватися, тільки як буде оголошена постанова володарем. Бо право визначає, що ціну продуктів харчування для людей у щоденній потребі для необхідної їжі та пиття так слід встановлювати, як у рік, коли збіжжя виросло би та інше будь-що, і це повинно виходити з влади і постанови володаря. Такі згадані постанови кожен повинен непорушно зберігати, як багатий, так і бідний, та жоден купець проти згаданих (постанов) нічого не може робити своєю волею, ні встановлювати, тільки (чинити), як згадана постанова встановила.

◊ Цю постанову слід розуміти і зберігати, зберігши для уряду воевод, що слідкує, щоб справедливо були встановлені міри, ваги (для сипучих тіл) та ваги, і хто з вірмен був би викритим у крадіжці або як чеканник монет, слід (його) карати за міським магдебурзьким правом, якому вірмени підлягають у кримінальних і таких справах. А щодо нестягнення мита у дорозі, (як) говорить ця постанова, то слід розуміти: за винятком комор, встановлених для цього, та (у випадку) порушення мита.

Capitulum centuagesimum quintum de iure omnium artificum et mechanicorum. Omnes artifices suscipiunt labores aut insimul aut divisim conductato precio pro labore suo. Si vero artifex non secundum voluntatem illius cui laborat rem elaboraverit, aut eandem rem illius, qui dedit destruxerit, ius decernit, quod ille artifex secundario rem huiusmodi prout voluntas fuerit illius, qui dedit ad laborandum reparare debebit pro uno et eodem precio, si vero secundario reformare denegaverit, iudicio intererit talia providere, ut damnum male elaborate rei defalcaretur ad illud precium prius conductatum. Si vero aliquid artifex de re sibi ad laborandum data furtive usurpaverit, quadruplum rei usurpate soluat. Si vero rem sibi ad laborandum datam quopiam mode perdiderit, tunc rei amisse verum valorem soluet. Si vero artifex pannos et his similia ad laborandum sibi data dudum retinuerit eidemque res per tineas aut mures fuerint corrose in tali casu artifex soluet totum damnum, si vero talem rem artifex obligaverit statim redimere tenebitur, si vero talis res apud artifices ex causa inimicitie alicuius igne conflagraverit, artifex indemnis manebit. Si vero ex ipsius artificis occasione tales res incinerate fuerint, tunc artifex damnum soluet.

◊ Si artifex Armenus de re sibi ad laborandum data aliquid furtive usurpaverit, iure civili Magdeburgensi iudicabitur, quia in causa furti Armeni ipsi iuri civili Maideburgensi sunt subiecti.

Capitulum centuagesimum sextum de artificibus laborantibus instrumentis dominorum suorum et non suis.

Artifices laborantes instrumentis dominorum suorum, et aliquid instrumentum in labore domini fuerit destructum, damnum domini erit. Si vero illis instrumentis artifex suam rem et non domini illius instrumenti laboraverit et tale instrumentum destruxerit soluet damnum domino destructi instrumenti in labore private non domini facto, si laborator instrumenta laboris aliqua apud dominum arendaverit ad laborandum suum privatum laborem et instrumentum in labore destructum fuerit domini erit damnum ex eo, quia precium pro rebus arendatis domino soluit.

Capitulum centuagesimum septimum de aquirente aliqua bona in bello. Aliquis in bello existens, si adquisiverit aliqua bona, talia bona ille acquirens poterit pro sua voluntate disponere, nulli eadem bona restituendo, ius enim bellicum a regibus et principibus est specialibus prerogativis dotatum cum et ius spirituale disponit de talibus bonis posse elemosinas facere, quia talia bona mode premissis acquisita non assimilantur bonis furtivis aut spoliativis.

Capitulum centuagesimum octavum de prescriptione debiti.

Pro debito triginta annis tacens et illud iure non repetens, silere perpetue debebit. Si vero interea temporis pro debito huiusmodi aliquis debitorem suum monuerit et desuper testimonium legitimum habuerit, ille creditor aut successores ipsius illum debitorem aut successores eius poterint non obstante prescriptione pro debito iure impetere et molestare, si vero in huiusmodi debito pignus creditori datum fuerit et receptum, et per triginta annos continuos illud pignus non fuerit repetitum, tunc tale pignus etiam obligatum alteri transit in rem hereditariam et proprietatem possidentis.

Capitulum centuagesimum nonum de eo, qui emerit aliquam rem et aliquam partem summe dederit venditori.

Si aliquis emerit bona cuiuscunque generis et forum fecerit pro eisdem ac partem precii venditori dederit et venditor emptori crediderit solutionem precii, ius dictat, quod huiusmodi bona per venditorem nemini alteri possunt vendi, nisi ille eorundem erit possessor, qui prius emit. Si vero emptor ex sua voluntate dimiserit forum illorum bonorum, tunc in tali casu poterint bona alteri vendi sub testimonio tamen, quod ille prior emptor ad id consensit.

Capitulum centuagesimum decimum de emptore aliquorum bonorum venditorum [В оригіналі ошибочно: bonorum venditore bonorum] *volente retractum facere.* Si aliquis emendo bona aliqua et dando partem precii iterum

Стаття сто п'ята, про право всіх ремісників. Усі ремісники приймають роботи або разом, або окремо, визначивши ціну за свою роботу. Якщо ж ремісник виконав річ не у відповідності з бажанням того, кому робив, або ту річ зруйнував тому, хто дав, право вирішує, що той ремісник повинен зремонтувати за одну й ту ж ціну другий раз ту річ за волею того, хто дав для роботи. Якщо ж удруге відмовився би ремонтувати, суд має таке за безпечити, щоб шкода за погано зроблені речі зменшила ту раніше домовлену ціну. Якщо ж якийсь ремісник привласнив би речі, дані йому для роботи, хай сплатить у чотири рази за привласнену річ. Якщо річ, дана йому для роботи, якимсь чином втрапилася, тоді хай сплатить за втрачену річ правдиву вартість. Якщо ремісник надовго затримував би сукно та інші подібні речі, дані йому для роботи, і ті речі або через міль, або через миші були знищені, у такому випадку ремісник сплачує повну вартість (речей). Якщо ж ремісник таку річ заставив би, (тоді) зобов'язаний негайно викупити. Якщо ж така річ у ремісників згоріла би у вогні з причин неприємності до когось, ремісник залишиться невинним. Якщо ж з причини того ремісника такі речі були б у попелі, тоді ремісник сплатить за шкоду.

◊ Якщо вірменин привласнить річ, дану йому для роботи, буде осуджений міським магдебурзьким правом, оскільки у справі крадіжки вірмени є підлеглі міському магдебурзькому праву.

Стаття сто шоста, про ремісників, що працюють інструментом своїх панів і не своїм (інструментом). Ремісники, які працюють інструментом своїх панів, і щось з інструментів пана у роботі зламали би, шкода буде за паном. Якщо ж тим інструментом ремісник виконував би свою річ, а не пана того інструмента, і такий інструмент зламав би, хай сплатить шкоду пану зламаного інструмента, оскільки це було зроблено при приватній роботі, а не (роботі) для пана. Якщо робітник орендував би якісь робочі інструменти у пана для виконання своєї приватної роботи та інструмент у роботі був би поламаним, (тоді) шкода буде пана, тому що (робітник) сплатив пану за орендовані речі.

Стаття сто сьома, про набуття деякого майна на війні. Хто був би на війні і набув би якогось майна, таким майном, набути таким чином, може розпоряджатися за своїм бажанням, нікому те майно не повертаючи, бо воєнне право є наділене від королів та володарів особливими вольностями, та духовне право встановлює, що можна з такого майна давати пожертви, оскільки таке майно, набуте вищезгаданим способом, не уподібнюється до краденого та злодійського майна.

Стаття сто восьма, про давність боргу. Про борг, за який не згадують тридцять років і не повертають його за правом, слід назавжди тримати мовчання. Якщо ж у той час про такий борг хтось своєму боржнику нагадував би і про це мав би законне свідчення, той кредитор або його спадкоємець могли би того боржника або його спадкоємців, незважаючи на давність, притягувати і примушувати до належного суду. Якщо ж при такому борзі надана була застава кредиторів та прийнята (ним), і протягом повних тридцяти років ця застава не була повернута, тоді така застава, також заставлена іншому, переходить у дідичну річ і власність володільця.

Стаття сто дев'ята, про того, хто купив би якусь річ і віддав би певну частину суми продавцеві. Якщо хтось купив би маєтки будь-якого роду і торг вчинив би про них та частину ціни віддав би, а продавець вірив би покупцеві за сплату ціни, (то) право говорить, що такі маєтки можуть бути продані продавцем нікому іншому, тільки тому, хто був би володільцем, що раніше купив. Якщо ж покупець зі своєї волі відмовиться від торгу тих маєтків, тоді у такому випадку (продавець) може продати маєтки іншому, однак за свідченням, що той попередній покупець дозволив на це.

Стаття сто десята, про покупця якихось проданих маєтків, який бажав би застосувати (право) повернення. Якщо хтось, купуючи

deliberaverit, quod nollet forum tenere, talis non aliter forum infringere potest, nisi duplum dati precii solvat, et ille, qui emerit bona si voluerit cassare forum emptorum bonorum talis partem pecuniariam, quam dedit ammittit.

Capitulum centuagesimum undecimum de pecuniis ad pignus datis.

Si quispiam apud aliquem pecunias ad pignus reciperet prefigendo certum tempus et diem pignus suum exemendi et postquam illud tempus prefixum venerit et ille invadiator pignus in pecuniis impignoratum non exemerit, ius dictat, quod talis invadiator admoneatur semel, bis, ter, quatinus pignus suum exemeret et pecuniam solueret. Si autem noluerit exemere, ex tunc ille tenens pignus, adhibitis duobus testibus, debet hoc ipsum pignus vendere, et si illud pignus pro maiori summa venderet, quam ipsius erat, et testis premissis de isto constiterit, tunc ille venditor pignoris tenebitur, illi qui obligavit pignus excrementem summam restituere illam, quam acceperit ultra principalem summam super vadium datum.

Capitulum centuagesimum duodecimum de eo, qui promittit aliquid cuipiam. Si aliquis negotium Armenicum in quibuscunque causis susceperit ordinandum et disponendum, et ille, qui eum conductat pro illo servitio disponendi illius negotii promittit sibi satisfacere, ille dispositor huiusmodi negotii, si perducet negotium iuxta voluntatem illius, qui ei commisit, in vim satisfactionis pro cura eiusdem disponentis tale negotium, ille qui eum conductavit, id quod ei promisit soluere debebit, si vero tale negotium non disposuerit, tunc nichilominus, quia ille fatigatus et curas ea in re habuit, debebit ille spondens cum eo componere, sicut fatigatus et cura exposcent.

Capitulum centuagesimum tredecimum de filio contrahente debitum absque consensu patris. Si pater habuerit filios aut filias et aliquis ex eis sine scitu et consensu patris contraxerit aliquod debitum et aut moreretur, aut profugerit ad aliam terram, illo debito non soluto, ius diffinit, quod tale debitum nec pater, nec fratres non tenebuntur ad soluendum, sed ille, qui est principalis debitor et non alter tenebitur ad soluendum, et damnus non soluti debiti illius esse debet, qui illud contraxit et fecit, ita tamen hoc distinguendo, si patre vivente talis debitor moreretur et pater ei nichil tempore vite sue inscripsit, tunc nec pater, nec fratres tenebuntur ad solutionem illius debiti. Si vero post mortem patris ille debitor acceperit sortem hereditariam paternam aut maternam, et non solute debito illo moreretur, tunc tale debitum per creditorem repeti potest immo et debet de sorte ipsum concernenti, non autem de sorte fratrum vel sororum.

Capitulum centuagesimum quatuordecimum de hospitibus deponentibus merces in hospitibus. Postquam hospes aliquis venerit cum mercibus, aut hospitium et custodes appreciaverit ad custodiendum illas merces suas, et ille custos diligentem custodiam susceperit custodiendarum mercium illarum et in ipsius custodia damnus in illis mercantiis quocunque modo patratum fuerit, tunc tale damnus ille custos tenebitur soluere. Si vero absque custodia hospes merces et res suas nec hospiti in curam commiserit, nec eas ad custodiendum alicui dederit, sibi ipsi imputet, et damnus ipsius esse debet, exceptis casibus fortuitis, qui non procederent ex occasione hospitibus aut custodibus.

Capitulum centuagesimum quindecimum de orphanis.

Si post mortem alicuius patris minorenes remanserint et esset debitum paternum aut maternum non solutum, tunc in tali casu debitores contra minorenes agere non possunt, usque illi minorenes annos discretionis perfectos consecuti fuerint. Tamen omnia bona illorum minorennium, sive fuerit domus aut ager et hiis similia, tunc talia ipsi seniores debebunt arendare et census arendatorios illorum bonorum congregare, usque illi minorenes pervenerint ad annos discretionis perfecte, hoc est quilibet masculus debet esse ad viginti annos in tutoria, feminei vero sexus proles tamdiu in tutoria esse debet, donec maritum legitimum consecuta fuerit, qui maritus eius erit tutor et ipsa marito consecuta tutore sua bona pro arbitrio suo disponet cum consensu et scitu mariti sui, tanquam tutoris.

якісь маєтки і давши частину ціни, знову вирішив би, що не хоче мати торг, такий не інакше може відмінити торг, тільки якщо сплатить удвічі дану ціну, і той, хто купив би маєтки, якщо хотів би скасувати торг куплених маєтків, такий втрачає частину грошей, що дав.

Стаття сто одинадцята, про гроші, дані під заставу. Якщо хтось у когось отримав би гроші під заставу, визначивши певний час і день викупу тієї застави, і після того, як вийшов би зазначений час і той заставник не викупив би грошову заставу, право говорить, що такому заставнику слід нагадати раз, двічі, тричі, щоб свою заставу викупив і сплатив гроші. Якщо ж не схотів би викупляти, тоді той, хто тримає заставу, прикликавши двох свідків, повинен цю заставу продати, і якщо продав би ту заставу за більшу суму, ніж він мав, та згаданими свідками це ствердив би, тоді той продавець застави зобов'язаний тому, хто дав у заставу, повернути той надлишок суми, що отримав понад основну суму, дану понад заставу.

Стаття сто дванадцята, про того, хто обіцяє щось комусь. Якщо хтось прийняв би вірменську справу з будь-якої причини, що буде порядкувати і розпоряджатися, і той, хто узгоджував з ним таку послугу розпорядження у тій справі, обіцяв би йому винагороду; якщо той розпорядник у тій справі провів справу відповідно до волі того, хто її доручив, за його турботи при розпорядженні у тій справі той, хто з ним узгоджував, повинен сплатити те, що йому обіцяв як винагороду. Якщо ж у тій справі не розпорядився би, тоді тим не менше, оскільки він вклав працю та піклування у тій справі, повинен той, хто обіцяв, з ним погодитися, як була вклада праця та піклування.

Стаття сто тринадцята, про сина, що зробив борг без дозволу батька. Якщо батько мав синів або дочок, і хтось з них без відома і дозволу батька зробив би якийсь борг та вмер або втік до іншого краю, такий борг не сплачується. Право визначає, що такий борг ні батько, ні брати не зобов'язані сплачувати, але той, хто є головним боржником, і не інший зобов'язаний до сплати, і шкода несплаченого боргу є того, хто його зробив. Однак це так слід уточнити: якщо при живому батьку такий боржник вмер би і батько нічого йому за життя не записав, тоді ні батько, ні брати не повинні сплачувати той борг. Якщо ж після смерті батька той боржник прийняв би дідичну батьківську або материнську частину і, не сплативши боргу, він помер би, тоді такий борг кредитор може і навіть повинен знову повертати з частини, що тому (боржнику) належала, а не з частки братів чи сестер.

Стаття сто чотирнадцята, про гостей, що складають товари у заїздах. Після того як якийсь гість (купець) прибув би з товарами до заїзду і найняв би охоронців для стеження за тими своїми товарами, і той охоронець пильно би взявся за стеження тих товарів, і при його охороні якимсь чином була б завдана шкода тим товарам, тоді таку шкоду той охоронець повинен сплатити. Якщо ж гість без охорони (залишив) товари та свої речі, не доручив господареві для опіки, ані не дав нікого для охорони, хай себе винить, і його шкода повинна бути, за винятком випадкових причин, що не походили би з провини гостя або охоронця.

Стаття сто п'ятнадцята, про сиріт. Якщо після смерті якогось батька залишилися би неповнолітні діти і не був спланим борг батька або матері, тоді у такому випадку не можна діяти проти неповнолітніх дітей-боржників, аж поки ті неповнолітні діти не досягнуть досконалої роки для прийняття рішень. Однак всі маєтки тих неповнолітніх дітей: чи це був би будинок або поле і таке подібне, самі старші (родичі) повинні орендувати і чинш за оренду тих маєтків збирати, поки ті неповнолітні діти не прийдуть до років для (прийняття) досконалого рішення, а саме, кожна дитина чоловічої (статі) повинна бути в опіці до двадцяти років, а дитина жіночої статі так довго в опіці має бути, поки не вийде заміж, чоловік якої буде її опікуном, і взявши чоловіка за опікуна, хай розпоряджається своїми маєтками за своїм рішенням, з відома та дозволу свого чоловіка як опікуна.

Capitulum centuagesimum sedecimum de hereditate et successione in bona parentum. Moriente aliquo sine testamento et relinquire post se filios et filias legitimos, tunc equalis divisio bonorum paternorum et maternorum debet cedere et venire, tam ad filios, quam ad filias aequali sorte et successione, si vero testamentum condiderit et bona hereditanda filiis legaverit, et adhuc tempore vite sue filias in bonis suis exdiviserit et filiis magis assignare, quam filiabus voluerit, istud in eius voluntate consistere debet. Si vero filios non habuerit, sed filias, tunc filie in omnia bona paterna et materna succedere debent succedentque pleno iure, moriente vero aliquo filios vel filias non habente et habuerit fratrem aut ex fratre nepotes, illi successores debent esse in tali casu. Si vero fratrem aut fratris filios non habuerit, tunc soror aut sororis proles succedet. Si vero aliquis sterilis esset, et haberet in quarto gradu propinquos et probarent se esse veros propinquos ad succedendum sicut ius decerneret, tunc succedent in bona illius steriliter defuncti in tali casu et gradu propinquitatis.

Capitulum centuagesimum decimum septimum de sanguine humano inestimabilis precii existentis. Si aliquis sanguinem humanum violenter et temerarie effuderit non est precium sanguinis humani, ex eo quia Deus creavit hominem ad imaginem suam et nemo resuscitare potest hominem occisum nisi Deus, et precium prius pro sancto Iosepho et demum pro domino Iesu Deo et Creatore mundi dignum et iustum quisquam non putet, quia fratres sanctum Ioseph vendiderunt pro viginti denariis et dominum Iesum Iudas vendidit Iudeis pro triginta denariis, erant enim ista precia indigna iniqua et mala, tamen ad ius et iusticiam pertinere videtur, si aliquis Armenum occiderit pro capite debet soluere trecentos sexaginta quinque florenos et hoc ex ea causa similitudinis rationabilis, quia in quolibet homine sunt membra trecenta sexaginta quinque et similiter in anno sunt trecenti sexaginta et quinque dies, et ideo talis severitas in iure constituta est, ne homicidia quorumcunque statum et conditionum hominum patrarentur, et ut esset rigor et refrenatio in talibus et ut quilibet in pace et securitate vivat.

◇ Неч конституція locum habet, quando Armenus Armenum occiderit. Si vero Christianus occidat Armenum vel Armenus Christianum iure communi civili in quo residet vel regni puniatur.

Capitulum centuagesimum decimum octavum de appellacione a iudicio ad regiam maiestatem facienda. Iure iusto et legitimo decretum est, quod si alicui in iudicio et controversia aliqua istud accident, quod pretenderit se per sententiam iudicis vel advocati et seniorum Armenorum in iudicio eorum Armenico iuxta predictos articulos et emergentias causarum iniuriari et gravari, ille gravatus debet et potest in casu gravaminis sui pretensi appellare non alibi nisi ad regiam maiestatem et sacra maiestas regia secundum iura scripta Armenorum predicta articulationis appellacionis dignabitur decidere et diffinire, et cuilibet ex Armenis liberum erit appellare ad regiam maiestatem tam diviti, quam pauperi, quoniam Armeni per duces et principes et non per civitates sunt privilegiati et exempti per privilegia regiarum maiestatum et maiestatis regie iurisdictioni primarie iuxta privilegia sua sunt dediti et subiecti et nemini alteri et ita is, qui eis contulit iura debet et non alter eos iudicare de mera iusticia.

Capitulum centuagesimum decimum nonum de iudice quod non debet iudicare unam partem absque alteram.

Quilibet iudex Armenicus exaudita querela unius partis non debet causam iudicare nisi utraque parti personaliter presente, et que pars habuerit maiora documenta testium iudex auditis partium propositis et responsis ac documentis testium sententiam inter partes promulgabit, et quid iuris fuerit decernet inter partes colligantes, que testificatio in causis debet esse per tres testes.

Capitulum centuagesimum vigesimum de forma et ordine celebrandis iudicii Armenici. Iusticia dictat et evidenter cuilibet de iure sciendum est,

Стаття сто шістнадцята, про дідицтво та успадкування у маєтках батьків. Коли хтось вмер би без заповіту і залишив після себе законних синів та дочок, тоді має настати і пройти рівний поділ батьківських та материнських маєток, як синам, так і дочкам рівною часткою та успадкуванням. Якщо ж заповіт уклав би і заповів би дідичні маєтки синам, і ще за свого життя виділив би дочок у своїх маєтках та синам більше схотів би виділити, ніж дочкам, тоді це має залишатися у його волі. Якщо ж синів би не мав, тільки дочок, тоді дочки повинні успадковувати та успадкувати за повним правом у всіх батьківських та материнських маєтках. А при смерті хтось би не мав синів та дочок і мав би брата або племінників, у такому випадку вони повинні бути спадкоємцями. Якщо ж брата чи племінників не мав би, тоді сестра або діти сестри хай успадкують. Якщо хтось був би бездітним і мав би у четвертому коліні близьких, та (вони) довели би, що є правдиві близькі для успадкування, як право встановило, тоді у такому випадку і ступені близькості успадковують у маєтках того, хто помер бездітним.

Стаття сто сімнадцята, про людську кров, яку неможливо оцінити. Якщо хтось людську кров пролив би насильно і нерозважливо, (тоді) немає ціни для людської крові, тому що Бог створив людину за своїм образом і ніхто не може воскресити вбиту людину, тільки Бог, і ціну, (взяту) спочатку за св. Йосифа і потім за Господа Ісуса, Бога і Творця світу, хай не вважає хтось (за) гідну і справедливу, тому що брати св. Йосифа продали за 20 денаріїв і Господа Ісуса продав Юда євреям за 30 денаріїв, бо ця ціна була негідна, нестерпна і ганебна, однак до права і справедливості (ці приклади) можна навести. Якщо хтось вірменина вбив би, має сплатити за голову 365 золотих, і це з причини раціональних подібностей, тому що є у кожної людини 365 частин тіла і так само у році є 365 днів, і тому закладена у праві така суворість, щоб не відбувалися вбивства людей будь-якого стану і походження і щоб була твердість та погамування у цьому, і щоб кожен жив у мирі та безпеці.

◇ Ця постанова має місце, коли вірменин вбив би вірменина. Якщо ж християнин вбиває вірменина або вірменин-християнина, має бути покараним за спільним міським правом, на якому сидить, або (за правом) королівства.

Стаття сто вісімнадцята, про апеляції від суду до королівського маєстату. За справедливим і законним правом є встановлено, що якщо кому у суді і якийсь суперечці так сталося, якби запевнював би себе, що є несправедливим та обтяжливим вирок суду або вїта і вірменських старших у їхньому вірменському суді відповідно до згаданих статей і виниклих справ, (тоді) той обтяжений (вироком) повинен і може у випадку свого обтяження, (як) запевнює, апелювати не інакше, тільки до королівського маєстату, і священний королівський маєстат відповідно до згаданого вірменського писаного права статтю апеляції благоволить вирішити та визначити. І кожному з вірмен є вільно апелювати до королівського маєстату, як багатим, так і бідним, оскільки вірмени привілювалися князями і володарями, а не містами, та відповідно до своїх привілеїв підлягають головної юрисдикції королівського маєстату, і ніхто інший, тільки той, хто надав їм права, повинен їх судити зі справжньою справедливістю.

Стаття сто дев'ятнадцята, про суддю, який не повинен судити одну сторону без іншої. Кожен вірменський суддя, вислухавши скарги однієї сторони, не повинен судити справу, тільки в особистій присутності обох сторін, і яка зі сторін мала би більше доказів, свідків, суддя, вислухавши скарги і відповіді сторін та докази свідків, хай оголосить вирок сторонам, і що було б за правом, хай вирішить між сторонами, що сперечаються, і те засвідчення у справах має бути при трьох свідках.

Стаття сто двадцята, про форму і порядок проходження вірменського суду. Справедливість говорить і, безумовно, кожен з права

quod solus iudex nullam controversiam iudicare debet existens privata persona, sed in suo iudicio Armenico debet habere duodecim viros probos iuris Armenici peritos. Si duodecim viros habere nequiverit habeat sex, si vero sex non potuerit habere ex tunc habeat quatuor, et tali modo premisso debet exercere iudicium et non aliter, et nullus iudex debet consulere in causa, quam solus esset iudicaturus, quoniam sibi suspensionem notoriam faceret.

Capitulum centuagesimum vigesimum primum de inhonorante iudicium. Si aliquis inhonoraverit iudicium aut armis aut verbis Armenicum, tunc talis debet puniri per iudicium secundum excessum, debent enim scire partes, quia ad iudicium non veniunt, ut dissiderent, sed ut quilibet quereret quiete et pacifice iusticiam suam, et una partium aut proponente aut replicante altera audiatur non interrompendo nec prepediendo causam loquentis et proponentis, et iuxta proposita et responsa partium iudex sententiam aut interlocutoriam aut diffinitivam promulgabit, prout coram ipso per partes litigantes fuerit deductum et quilibet iudex habet auctoritatem puniendi et corrigendi omnes excessivos in iudicio secundum qualitatem excessus, scilicet carceribus et penis.

Capitulum centuagesimum vigesimum secundum de eo, qui coram advocato legitime accersitus non comparuerit.

Quicumque per signum quodcumque advocati Armenici tribus vicibus evocatus fuerit et contumaciter non comparuerit, pro prima vice tres grosses succumbet advocato, secunda vero vice non comparens et sex grosses pene advocato et penam carceris succumbet et tamdiu in carceribus est detinendus quoad ex fideiussus fuerit per possessionatos fideiussores, quod parebit deinceps iuri et iudicatis, et illius fideiussoribus pariter cum ex fideiusso debet prefigi terminus in tribus septimanis ad statuendum coram iure Armenico et respondendum et iustificandum se de obiciendis. Si vero ad ius aliquis citatus fuerit et tribus vicibus contumaciter non paruerit pro qualibet vice succumbendo penam prefatam sex grossorum advocato et senioribus Armenorum cadere in causa, et ita victus aut bona aut pecunias erit astrictus per iudicium dare illi, qui tali modo contra eum ius produxit, immo et mercibus potest soluere victori, si vero bona aut pecunias vel merces non habuerit, ex tunc debet ei ad soluendum prefigi tempus iuxta articulos superius descriptos.

Item cuilibet hospiti quarta die cum eius iniuriatore aut debitore omnimodum ius per advocatum et seniores Armenicos administrari debet in quolibet genere iniuriarum, et executio rei iudicate ita procedere debet, sicut superius premissum est, et huiusmodi executio debet perfici et continuari per officium et iurisdictionem cui ille victus subest.

Capitulum centuagesimum vigesimum tertium de femina cuiuslibet status citata ad iudicium. Si aliqua femina aut muliebris sexus persona ad aliquod iudicium citata fuerit, tunc poterit maritus aut amici eius consanguinei pro ea in iure intercedere agere, que poterint ad lucrum vel perditionem cause, habita sufficienti et legali iuris plenipotencia, cui plenipotencie fides adhiberetur in iudicio, et ne in isto dolus et fraus committatur iudices debent attendere, scilicet qui se propinquiorem asseruerit et se voluit inserere in causam illius femine vel mulieris, volendo causam ipsius ad lucrum et perditionem deducere, talis ea presente prius probet plenipotentiam consanguineitatis sue, de qua dubitari non possit in iudicio, et nisi talia probata fuerint, et aliquo dolo quepiam femina vel mulier in sua causa ceciderit, talis dolus in premisso casu et non alio ei nocere non debebit.

Capitulum centuagesimum vigesimum quartum de forma iuramenti prestandi. Ius scriptum Armenicum ita difinit, si quispiam homo aliquem Armenum iure Armenico atraxerit ad iuramentum corporale prestandum, tunc ille Armenus nemine teste fultus pro quacunque re, sive magna, sive parva fuerit, solus iurabit, iuramentum vero fieri debet in ecclesia super sancta Cruce et non alibi presente advocato Armenico cum illis viris qui secum solent in iudiciis presidere, et postquam erit tempus super sanctam Crucem digittos ponendi, tunc actor iuramentum prestanti debet tribus vicibus ad

має знати, що один тільки суддя не повинен судити жодної суперечки приватної особи, але у своєму вірменському суді (суддя) повинен мати 12 мужів, досвідчених у вірменському праві. Якщо б 12 мужів не міг мати, хай має 6, якщо 6 не міг мати, тоді хай має 4, і таким згаданим чином повинен чинити суд і не інакше, і жоден суддя не повинен радитися у справі, яку сам має судити, оскільки мав би підозріле звинувачення щодо себе.

Стаття сто двадцять перша, про того, хто не поважав би суд. Якщо хтось не поважав би суд чи зброєю, або вірменськими словами, тоді такий повинен бути покараним відповідно до вчинку, бо сторони повинні знати, що до суду не приходять, щоб сваритися, але, щоб кожен спокійно та мирно шукав би своєї справедливості. І коли одна сторона або скаржиться, або відповідає, інша хай слухає не перебиваючи і не перешкоджаючи стороні, що говорить і скаржиться. І відповідно до скарг та відповідей сторін суддя оголошує попередній або остаточний вирок, як би перед ним (судом) виводилося сторонами, що сперечаються. І кожен суддя має владу карати і виправляти відповідно до характеру вчинку, а саме ув'язненням і штрафами.

Стаття сто двадцять друга, про того, хто законно покликаний, не з'являється перед вийтом. Коли б хтось якимсь знаком був би покликаний тричі до вірменського вийта та уперто не з'явився би, на перший раз 3 гроші припадають вийтові, а на другий раз при нез'явленні – 6 грошів штрафу вийту і (покликаний) підлягає карі ув'язнення, і так довго в ув'язненні буде триматися, поки за нього не поручатся маєтні поручителі, що він надалі буде коритися праву та стане до суду. І його поручителям разом з тим, за кого поручилися, має визначитися термін за 3 тижні, щоб стати перед вірменським правом і відповідати та виправдовувати себе від звинувачень. Якщо ж хтось був би покликаний до суду і тричі уперто не з'являвся би, за кожен раз підлягає згаданому штрафу у 6 грошів вийту та вірменським старшим, програє справу, і так, будучи переможеним (судово), буде зобов'язаний судом маєтки або гроші дати тому, хто таким чином навів право проти нього, навіть може сплатити переможцеві товарами. Якщо ж не мав би маєтків, грошей або товарів, тоді повинен визначити термін для сплати відповідно до вищеописаних статей.

♦ Також кожному гостеві у середу з його кривдником всяке право вийт та вірменські старші повинні здійснювати у будь-якого роду несправедливостях, та виконання засудженої справи так має проходити, як є вище згадано, і таке виконання повинно здійснюватися та підтримуватися урядом та юрисдикцією, якій підлягає той засуджений.

Стаття сто двадцять третя, про жінку будь-якого стану, покликану до суду. Якщо б жінка чи особа жіночої статі була б покликана до якогось суду, тоді чоловік або будь-які її кривні можуть за неї у праві заступати, діяти або до виграшу, або до втрати справи, маючи достатнє та законне уповноваження. Довіра до такого уповноваження має бути виявлена у суді, і щоб у цьому не сталося підступу та обману, судді повинні зважати, а саме, хто назвав би себе близьким і хотів би втрутитися у справу тієї жінки, бажаючи довести її справу до виграшу або втрати, такий хай докаже у її присутності уповноваження своєї близькості, про яку не можна було б більше сумніватися у суді, і якщо б такого не міг довести та якийсь підступ якимсь чином зазнала би жінка у своїй справі, такий обман не повинен їй нашкодити у згаданій справі, а не інакшій.

Стаття сто двадцять четверта, про форму складання присяги. Вірменське писане право так визначає, якщо хтось якогось вірменина притягнув би вірменським правом до складання тілесної присяги, тоді той вірменин, не підтриманий жодним свідком, у будь-якій справі, великій чи малій, сам має присягнути. А присяга має відбуватися у церкві на святому Хресті і тільки у присутності вірменського вийта з тими мужами, які з ним звично у суді засідають. І коли буде час, поклавши на святий Хрест пальці, позивач тому, хто складає присягу, повинен тричі злити на руки воду,

manus infundere aquam, demum ille iuramentum facturus explebit iuramentum iuxta propositionem et controversiam. Simili modo post manum mortuam si aliquis aliquem de aliqua re inculpaverit, tunc inculpatus modo superius premissis iuramento proprio absque quovis teste se expurgabit.

Que omnia et singula ita, ut premissa sunt et limitata ac correctata rata et firma esse volentes de certa nostra scientia et deliberatione ac consensu consiliariorum nostrorum status utriusque ita approbanda et confirmanda esse duximus, approbamusque et confirmamus prout hactenus fuerunt tenta et uso accepta, ita videlicet, quod ubi Armenus actor fuerit iudicium et forum rei sequi debet, ubi vero Armenus citaretur seu reus existeret, secundum iura predicta Armenica per advocatum civilem Leopoliensem cum senioribus Armenis iudicabitur, exceptis quatuor articulis, in aliis literis nostris descriptis, in quibus Armenos ipsos Leopolienses etiam reos et conventos iuri civili Maideburgensi subiecimus et subesse volumus, ultra vero eosdem quatuor articulos iure suo Armenico predicto iudicabuntur in quo illos ita relinquimus et conservamus prout ad hoc tempus in usu et possessione eius fuerunt. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum est presentibus appensum. Actum et datum Piothrkovie in conventionem generali sabato proxima ante dominicam Quinquagesime, anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono, regni nostri anno tredecimo. Presentibus ibidem reverendissimo et reverendis in Christo patribus dominis Ioanne sancte Gnesensis ecclesie metropolitanae, archiepiscopo et primate sedisque apostolice legato nato, Mathia Wladislaviensi, Ioanne Posnaniensi, Fabiano Warmiensi, Petro Premisliensi et regni nostri vicecancellario, episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Christoforo de Schidlowyecz palatine et capitaneo Cracoviensi et regni nostri cancellario, Ioanne de Lubrancz Posnaniensi, Nicolao de Dambrovicza Sandomiriensi, Iaroslao de Lasko Siradiensi, Ioanne Iarand de Brudzow Lanciensi, Ottha de Chodecz Russie generali, Nicolao de Nisczicze Plocensi et Andrea de Thanczin Lublinensi, palatinis, nec non Luca de Gorcka Posnaniensi et capitaneo maioris Polonie generali, Nicolao de Schidlowyecz Sandomiriensi et regni nostri thesaurari, Nicolao Iordan de Zakliczin Woinicensi et procuratore generali Cracoviensi ac Scepusiensi, Zathoriensi, Osszwanczimensi capitaneo, Ioanne Przerampski Siradiensi, Adam de Drzewicza Radomiensi, castellanis, Ioanne Liathalski Gnesnensi, Cracoviensi et Lanciensi, Ioanne Garnkouusky Scarbimiriensi, Andrea Crziczki sancti Michaelis Plocensis et Sredensis ecclesiarum prepositis, secretariis nostris et canonicis Cracoviensibus, Stanislao Chroborsky vexillifero, incisore et pincerna curie nostre, Silvestro Ozarauusky succamerario nostro et Zavichostensi, Nicolao Thomyczki magistro stabuli nostri et Costensi, capitaneis et aliis quam pluribus dignitariis, officialibus et aulicis nostris circa premissa testibus fidedignis sincere nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati reverendi in Christo patris domini Petri episcopi Premisliensis et regni nostri vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Petrus episcopus et vicecancellarius subscripsit.

Relatio eiusdem reverendi in Christo patris domini Petri episcopi Premisliensis et regni Polonie vicecancellarii.

потім той, хто складатиме присягу, виконає присягу відповідно до скарги і суперечки. Подібним чином після чиеїс смерті, якщо хтось у якійсь справі звинувачував би, тоді звинувачений вищезгаданим способом власною присягою хай себе очистить без будь-якого свідка.

Це все і кожне так, як є згадано, обмежене та виправлене, бажаючі мати за непорушне і міцне, з певного відома, розмірковування і згоди наших радників обох наших станів вважали підтвердити і схвалити, підтверджуємо та схвалюємо, як до цього часу застосовувалося та вживалося (право). А саме, коли вірменин був би позивачем, тоді до суду і права звинуваченого повинен звернутися. А коли вірменин був би позваним чи звинуваченим, має судитися відповідно до згаданого вірменського права львівським міським війтом разом з вірменськими старшими, за винятком 4 статей, описаних у інших наших грамотах, у яких тих самих львівських вірмен, так звинувачених і позваних, ми піддали і хочемо піддати міському магдебурзькому праву. А понад ті 4 статті мають судитися у своєму згаданому вірменському праві, у якому їх так залишаємо і зберігаємо, як до цього часу ним користувалися і володіли. Для довіри до цього всього і кожного згаданого та засвідчення наша печатка до даної (грамоти) є підвишена. Діялося і дано у Пйотркові на вальному сеймі, у найближчу суботу перед неділею П'ятидесятниці, року Божого 1519, панування нашого – 13, у присутності превелебного та велебних у Христі отців Йоана, святої гнезненської церкви митрополита, архієпископа, примаса та легата апостольської столиці, єпископа: Матія Влоцлавського, Йоана Вознанського, Фабіана Вармійського, Петра Веремиського та віце-канцлера нашого королівства, а також ясновельможних, вельможних та шляхетних Христофора з Шидловець, краківського воєводи та старости, канцлера нашого королівства, воєводів: Йоана з Любранча познанського, Миколая з Дамбровиці сандомирського, Ярослава з Ласка серадзького, Йоана Яранда з Брудзова ленчицького, Отта з Ходча генерального руського, Миколая з Ніщиць плоцького та Андрія з Тенчин люблінського; каштелянів: Луки з Горки познанського, генерального старости Великопольщі, Миколая з Шидловець сандомирського та скарбника нашого королівства, Миколая Йордана із Заклічина войницького та генерального краківського прокуратора, старости заторського та освенцимського, Йоана Пшерамбського серадзького, Адама з Древиці радомського; церковних намісників, наших секретарів та краківських каноніків: Йоана Лятальського гнезненського, краківського та ленчицького, Йоана Чанковського скарбимирського, Андрія Кшицького Св. Михаїла плоцького та середського; Станіслава Хроберського, хорунжого, крайчого та підчашого нашого двору; Сильвестра Ожаровського, нашого підкоморія та завихойського старости, Миколая Томицького, нашого конюшого і косцяньського старости, та інших чисельних наших достойників, урядників та придворних, довіри гідних при цьому свідках, вірних і щиро нам милих. Дано через руки згаданого велебного у Христі пана отця Петра, перемиського єпископа та віце-канцлера нашого королівства, щиро нам милого.

Петро, єпископ та віце-канцлер.

За свідченням того велебного у Христі пана отця Петра, перемиського єпископа та віце-канцлера Польського королівства.